

THESAVRVS COELESTIS,
GLORIA BRIXIAE.
COELVM
Sanctæ Brixianæ Ecclesiæ
cuius preclara Lumina
Catalogis
Quatuor Compendiarijs
Pandit
BERNARDINVS FAYNVS
Emin.mo & Reu.mo D.D. PETRO
Cardinali OTTHOBONO
eiusdem Ecclesiæ
EPISCOPO
Lętare felix Brixia de
tanto Patre BARNABA
Cuius Jussu ANATHALON
Luce dedit in populum

CATALOGI QVATVOR COMPENDIARII

Quos Cœlum Sanctę Brixianæ Ec-
cleſiæ circumplectitur.

1. Epiſcoporum in Sede Brixia-
na, qui vſq; nunc extiterunt.

2. Cardinalium, & Epiſcoporum
in alienis Sedibus Brixiænſium.

3. Vicariorum Generalium Sedis
Brixię, qui potuerunt inueniri.

4. Eccleſiarum omnium magnæ
Hierarchię Brixianę Sedis, &c.

BRIXIAE, 1658.
Apud Antonium Ricciardum.
Superiorum Permiſſu.

Sanctæ Brixianæ Ecclesiæ

ANTISTITVM.

Valliscamunicæ, Riperiæ Benacensis, Balneoliquè

Ducum Marchionum Comitum

Prærogatiua Fulgentium

Catalogum Hunc Cronologicum

Omnium

Locupletissimum, & Emendatissimum

Vndecùmq; summa cum diligentia

Decerptum

Eminentiss. & Reuerendiss. D. D.

Petro S. R. E. Presbytero

CARDIN. OTTHOBONO

AMPLISSIMO.

Titulari S. Saluatoris in Lauro,

EPISCOPO NOSTRO BRIXIANO

In magnę reuerentię Indicium,

Et veræ Subiectionis Testimonium

Bernardinus Faynus,

ac seipsum

D. D. D. D.

Auctor Lectori Optimo.

CVm longo opere, summoquè labore, omnium Brixianæ Sedis Episcoporum in Longobardia quascumque memorias, ab penè innumeris Scriptoribus, varijs Manuscriptis, Libris Ciuitatis, Scripturis publicis, ac priuatis, Archiuisque diuersis vno Volumine congesserim, quod adhuc augere studeo; seorsum, & ordinatè proprijs sub titulis, ac nominibus eas ad facilius rerum veritatem habendam, reponendo; ne amplius in obscuro iacerent huius nostræ Ecclesiæ Brixianæ singularia, & præstabilia: & ne eius Episcoporum virtutes, gesta, & merita continuo silentio obuoluerentur.

Cumque hoc meum Opus non mediocrem afferat opportunitatem sub oculos habendi omnia ferè eorundem Monimenta; ac considerandi Catalogomina nonnulla manuscripta huius Sedis inter se se minimè consona; simulquè Indicem illũ Ioan. Francisci Florentini Brixiæ typis editum per Bartholomeum Fontanam Anno 1614. quo vsus fuit pictor Antonius Gandinus in delineando seriem illam nostrorum Episcoporum penicillo coloribus imbuto in Aula magna Episcopali; qui cum ipse quoq; fuerit inuentus erroneus circa rerum substantiam, ordinem, & cursum temporum: ideò censura suspensus fuit, remanentibus attamen illis immaginibus in suis confusionibus, ac fallacijs, quæ certè iuxta veriorem seriem erunt emendandæ.

Qua-

Quapropter in gratiam puræ Veritatis (tempora, opinionesq; librando) ex ipso meo Volumine excerpsi hunc breuem substantialemq; Catalogum, in quo illis præcipue Scriptorum opinionibus adhæsi, quæ veriorem Seriem continuatam mihi elucidare valebant. Et propterea (seruata rectiori methodo) inuenies in eo Episcopos omnes proprijs locis scriptos, deficientes adiectos, eorum tempora magis iustificata, prolixas, ac improprias Sedis vacationes iure è medio sublatas, pluribus in locis Cognomina posita, Patrias, ac sæculares Dignitates adiunctas, loca supremi diei, ac sepulchri adiecta, falsos etiam Episcopos omissos, necnon & alios rectam Seriem confondentes; æquiuocè quoquè, vel minus propriè, vel erroneè ab Auctoribus acceptos falso opinantibus rexisse hanc Sedem, atquè electos nondum consecratos, ad euitanda superflua: de quibus omnibus leges in fine huius Catalogi Appendicem tibi perutilem, ac necessariam.

Breuitatis verò gratia omisi actiones, vitæq; ornamenta cuiusq;, maximè cum partes fuerint volentis aliquando Vitas integras eorundem nostrorum Episcoporum conscribere. Opus quidem non tam expectatum, quam exoptatum, ac necessarium pro huius Ecclesiæ Brixianæ ornamento; quæ propagine, vetustate, sanctitate, qualitate, sanctorum numero, titulorum prærogatiua, vastaq; Diœcesi, ac iurisdictione, inter multas alias Italiæ clarissima est.

Quò verò ad Romanos Pontifices, & Imperatores, Regesquè Italos in hoc Catalogo memoratos, nolui ommittere Chronologiam Cardinalis Roberti Belarmini Societatis

Iesu

Iesu Alumni, qui fuit magnum Ecclesiæ Dei decus & lumen; etenim aliarum purgat errata, & magis consonat veritati, cum fuerit alijs posterior emissa. Lector Optime: ora Deum, vt mihi in omnibus sibi tribuat deseruiendi, tibiquè in maioribus satisfaciendi facultatem. Vale.

APPROBATIONES.

EGo D. Iosephus Riccius Clericus Regularis Congregationis Somaschæ de mandato per Illustris, & Reuerendissimi D. Caroli Antonij Lucciaghi Archidiaconi, & Canonici Cathedralis Brixiæ, & Vicarij generalis Eminentissimi, & Reuerendissimi D.D. Petri S.R.E. Cardinalis Otthoboni Episcopi Brixiæ Legi diligenter opus in scriptum. Cælum Sanctæ Brixianæ Ecclesiæ Admodum Reuerendi D. Bernardini Fayni Sacerdotis Brixiani, & illud valde vtile iudico, & ad multarum rerum Brixianæ Ecclesiæ cognitionem commodum, & necessarium, quod plurima tenebris sepulta refodiat, & in lucem producat, & idcirco dignum, quod typis mandetur. In quorum fidem &c.

Imprimatur.

Carolus Antonius Lucciaghus Archid. Vic. Gen.

EGo Fr. Ludouicus Vicomercatus Ordinis Min. Conu. Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor, ex commissione Reuerendiss. Patris Inquisitoris Brixiæ vidi, ac satis attentè perlegi egregium hoc opus iam diù à multis per optatū, Adm: Reu. D. Bernardini Fayni, in quo S. Brixianæ Ecclesiæ quatuor habentur Compendiarij Catalogi. Quod opus perutile, ac proficuum censeo, Prodeat igitur in lucem propter Dei gloriam, & comunem vtilitatem; In quo nihil est ortodoxæ fidei dissonon &c.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Maria Cimarellus Inquisitor Brixiæ.

Imprimatur.

Fr. Ambrosius Fracasinus de Brixia S. T. M. & Inquisitor Generalis Venetiarum.

Noi Refformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per Fede del Padre Inquisitore, che nel Libro Intitolato Cœlum Sanctæ Brixianę Ecclesiæ de carte 103. cōposto dal M R. D. Bernardino Faino, non vi è cos'alcuna cōtro la Fede Catolica; e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Prencipi, e buoni costumi, Concediamo licenza, che possi essere stampato in Brescia, douendo osseruarsi le Leggi in questo proposito, e consegnarne due copie vna per la Libraria di Venetia, e l'altra per quella di Padoa. In quorum &c. Data adi 12. Aprile 1658.

(*Lunardo Emo Refformator.*
(
(*Andrea Contarini Cau. Procurator Refformator.*

Alemante Angelo Donini Segretario

NOMINA, COGNOMINA, AC PATRIÆ ANTISTITVM BRIXIANORVM,

Cum ſuis Synonimis, & Chronologia pro vt apud Scriptores compertum eſt.

Anni Dom.	✠.	S. Barnabas Apoſtolus, qui & Ioſephus, natione Hæbreus de Tribu Leuitica, Patria Cyprius, Eccleſiæ Brixianæ Fundator.
55	1.	S. Anathalon, qui & Nathalon, Anathalo, Anatholius, & Anathalonus, Patria Cyprius, à nonnullis Athenienſis, ac Martyr dictus.
65	2.	S. Clathæus Martyr, condictione Libertinus, Patria Brixianus, qui & Clathærus.
68	3.	S. Viator, Cognomine Saturus, Patria Brixianus.
84	4.	S. Latinus, qui & Flauius Latinus, Patria Brixianus, Martyr etiam dictus.
116	5.	S. Appollonius, qui & Apollinaris, Cognomine Cropellus, dictus etiam de Croſallis, Patria Brixianus.
160	6.	S. Antigius, qui & Antidius, Patria Brixianus, Martyr etiam dictus.
206	7.	S. Euaſius, qui etiam Martyr dictus eſt.
247	8.	S. Vrciſſinus, qui etiam Vrſinus, Orſinus, Orciſſinus, atq; Vrſatius, Patria Brixianus, Martyr etiam dictus.

313 9. S. Faustinus, qui & Flauius Faustinus, Patria Brixianus, Martyr etiam dictus.

354 10. S. Philastrius, qui Filaster, & Filastrius natione Hispanus, Patria Cordubensis, Martyr dictus.

385 11. S. Gaudentius, Patria Brixianus.

425 12. S. Paulinus, qui etiam Paulus, Patria Brixianus.

442 13. S. Theophilus, Patria Brixianus.

445 14. S. Siluinus.

447 15. S. Gaudiosus, qui etiam Gaudentius II. dictus est.

450 16. S. Optatianus, qui & Ottacianus, & Octauianus, Patria Mediolanensis.

504 17. S. Vigilius.

526 18. S. Titianus, natione Germanus.

540 19. S. Paulus. I.

546 20. S. Cyprianus.

552 21. S. Herculanus, qui etiam Herculianus natione Theutonus.

576 22. S. Honorius, ex Styrpe Constantini Magni Imperatoris.

585 23. S. Rusticianus, Patria Brixianus.

591 24. S. Dominator.

596 25. Berticanus, qui & Bertacenus.

596 26. S. Paulus II.

604 27. S. Patherius, qui & Antherius, Patria Romanus, vel vt alij Antiochenus.

606 28. S. Anastasius.
609 29. S. Dominicus.
612 30. S. Foelix, Patria Brixianus.
656 31. S. Deusdedit, qui & Deodatus, & Adeodatus.
693 32. Gaudiosus II.
712 33. Rusticianus II.
729 34. Apollinaris.
756 35. Andreas.
760 36. Theodaldus.
. . . 37. Vitalis.
. . . 38. Benedictus.
754 39. Ansualdus Sanctæ Memoriæ, qui & Ansoualdus.
. . . 40. Cunipertus, etiam Cunipartus.
787 41. Amphridius Beatæ Memoriæ, qui etiam Anfrigius, Aphridius, Anfridus, Anfredus Artigius, Anrigius, & Arigius scriptus inuenitur.
807 42. Petrus Beatę Memoriæ.
814 43. Rampertus, Beatæ Memoriæ, qui etiam Lambertus Brixianus, dictus etiam Gallus.
853 44. Nothengus, etiam Notingius, & Notingus.
876 45. Antonius.
892 46. Ardingus.
907 47. Landulphus, Patria Brixianus, ab alijs Astensis dictus.

A.Dñi		
. . .	48.	Nothengus II. qui & Notingus.
938	49.	Iosephus, qui etiam Gonsus: forsan quia tale eius Cognomen.
948	50.	Antonius II. Patria Veronensis.
960	51.	Gothifredus, Cognomine Malaspina, Patria Canusinus, qui etiam Gottophredus, Gothefredus, Gothifridius, & Gotfredus dictus est.
976	52.	Atho, probabili coniectura Patria Brixianus.
981	53.	Adalbertus, Adilbertus, & Adelbertus.
1002	54.	Landulphus II. Cognomine Castellonæus, Patria Mediolanensis.
1027	55.	Voldericus, qui etiam Vldericus, Oldericus, Vldaricus, Odericus, & Vduricus.
148	56.	Adelmanus, Beatæ Memoriæ, qui Almannus, Alamannus, & Adelmannus, Patria Leodiensis.
1063	57.	Odalricus, qui Vdulricus, & Vudulricus, natione Theutonus.
1080	58.	Conon.
1087	59.	Ioannes I.
1090	60.	Obertus, Cognomine Baltricus, qui Ombertus, & Vbertus.
1093	61.	Ioannes II.
1096	62.	Harimannus, Cognomine Gauardus, qui Hermannus, Hertimannus, Armannus, Armandus, Altemannus, & Ardeman-

nus

		nus, Patria Brixianus.
1116	63.	Vuillanus, qui etiam Iulianus.
1132	64.	Manfredus, Cognomine Lucciaghus, qui & Maifredus, Patria Brixianus.
1153	65.	Raimundus, probabili coniectura Cognomine Bargnanus, ab aliquibus Martinengus, & ab alijs Baccius, Patria Brixianus.
1173	66.	Ioannes III. Cognomine Flumicellus, qui etiam Griphius, Patria Brixianus.
1200	67.	Ioannes IV. Cognomine Palatius, aliqui aiunt de Palatiolo, Patria Brixianus.
1213	68.	Albertus Cognomine Rezzatus, ab alijs Ciuilus, Patria Brixianus, etiam Regiensis dictus à nonnullis, Patriarca Antiochenus.
1225	69.	Guala, Beatæ Memoriæ, Cognomine Romunonus, Patria Bergomas, dictus etiã Brixianus, sed minus propriè.
1239	70.	Helias Cognomine Robertus, Patria Regiensis Patriarcha Antiochiæ.
1248	71.	Azzo Cognomine Torbiatus, dictus etiam Barbiatus, & Turrianus, Patria Brixianus.
1251	72.	Caualcanus Cognomine Sala, qui etiam Caualca, & Caualcenus, Patria Brixianus.
1263	73.	Vbertus Cognomine Fontana, Patria Pla-

Placentinus.

1273 74. Martinus Cognomine Armannus, Patria Brixianus.

1275 75. Berardus Cognomine Magius, qui & Bernardus, Patria Brixianus.

1309 76. Federicus Cognomine Magius, Patria Brixianus.

1317 77. Perceuallis vel Princeualis Cognomine Fliscus, Patria Ianuensis.

1325 78. Tiberius Cognomine Turrianus, Patria Mediolanensis.

1335 79. Iacobus Cognomine Attus, Patria Mutinensis.

1344 80. Lambertinus Cognomine Balduinus, dictus etiam de la Zeccha, Patria Bononiensis.

1349 81. Bernardus Cognomine Tricardus, vel Tercardus, natione Gallus.

1359 82. Raimundus II. Cognomine Blancus, dictus de Velate, Patria Mediolanensis.

1363 83. Henricus Cognomine Sessa, Patria Regiensis.

1369 84. Agapitus vel Agapetus Cognomine Columna, Patria Romanns.

1372 85. Stephanus.

1373 86. Andreas II.

1378 87. Nicolaus Cognomine Zanasius, Patria Cremonensis.

88.

1383 88. Andreas III. Cognomine Sagazenus, Patria Mediolanensis.

1386 89. Thomas Cognomine Vicecomes, Patria Mediolanensis.

1390 90. Franciscus Cognomine Lantus, Patria Pisanus.

1397 91. Thomas II. Cognomine Pusterula, Patria Mediolanensis.

1399 92. Giulielmus Cognomine Pusterula, qui Guilielmus, & Vielmus, Patria Mediolan.

1416 93. Pandulphus Cognomine Malatesta, Patria Ariminensis.

1418 94. Franciscus II. Cognomine Mererius vel Marerius Patria Romanus.

1442 95. Petrus II. Cognomine Montius Patria Venetus.

1457 96. Bartholomeus Cognomine Maripetrus, Patria Venetus.

1464 97. Dominicus II. Cognomine Dominicus, Patria Venetus.

1478 98. Laurentius Cognomine Ianes, vel Zanes, Patria Venetus.

1481 99. Paulus III. Cognomine Ianes, vel Zanes, Patria Venetus.

1532 100. Franciscus III. Cognomine Cornelius Cardinalis, Patria Venetus.

1546 101 Andreas IV. Cognomine Cornelius, Patria Venetus.

EPISCOPORVM
In Sede Brixiana,
Qui vsquè ad currentem Annum M. DC. LVIII.
Extiterunt.
Catalogus Primus Chronologicus.
Cui subsequitur
Appendix maximè necessaria, & Priuilegium Imperiale,
Titulos, quibus hæc eadem Sedes fulget, indicans.

✠

S.Barnabas Apostolus Cyprius, Brixianę Ecclesię Author colitur: Qui Sedente Sancto Petro in Romana Cathedra, & Imperante Nerone, Salaminæ Martyrio decoratus fuit Anno Domini 63. Eius sacri cineres Mediolani in Ecclesia Sancti Francisci magnam habent Venerationem.

I.

S. Anathalon Athenienſis, diſcipulus S. Barnabæ, quem ipſe ſibi ſuffecit in Eccleſia Mediolanenſi, & indè in Brixianam euocauit ann. 55. Is Brixię quieuit in Domino Anno 65 die 25. Septembris, Sedente S. Petro, & Imperante Nerone. Eius Corpus in Ara S. Martini in Cathedrali proprium cultum habet.

II.

S. Clathæus Brixianus, S. Anathalonis Alumnus, Epiſcopus fuit anno 65. Ab Anolino Præfecto apud Mediolanum Martyrio inſignitus eſt Anno 68. die 4. Iunij, Sedente Sancto Petro, & Imperante Nerone. Eius Corpus, vbi requieſcat, nobis adhuc minimè conſtat.

III.

S. Viator Brixianus ſucceſſit Anno 68. Et anno 75. Sede etiam Bergomenſi oneratur. Et cum vtrumq; Clauum rexiſſet, Bergomi quieuit in Domino anno 88. die 14. Decembris Sedente Cleto, & Imperante Domitiano. Eius Corpus ibidem in Cathedrali in veneratione habetur.

IV.

S. Latinus Brixianus. Huic Sanctus Viator, ſenectute labeſcens, Eccleſię Brixianæ Præſulatum ceſſit anno 84. Brixiæ quieuit in Domino die 24. Martij circa ann. 115. Sedente Euariſto, & Imperante Traiano. Eius Corpus in Eccleſia S. Aphrę, in propria Ara, condigno colitur cultu.

S. Apol-

V.

S. Apollonius Brixianus sedere cępit anno 116. qui totam Brixianam Prouinciam Christianam reddidit. Brixiæ quieuit in Domino die 7. Iulij anno 160. Sedente Pio, & Imperante Antonino, & Ciuitatis Patronus deligitur. Eius ossa in Ara Sanctissimi Trinitatis in Cathedrali excoluntur.

VI.

S. Antigius Brixianus anno 160. in Sede Brixiana positus est, & vsq; ad ann. 202. in ea clatuit. Brixię quieuit in Domino die 14. Nouembris sedente Victore, & Imperante Seuero. Eius ossa diuisim, sed honorificè collocata, in Parochiali SS. Faustini, & Iouitę sunt in honore.

VII.

S. Euasius Brixianæ Ecclesię Episcopatum gessit ab Anno 206. vsquè ad ann. 247. vel circiter. Brixiæ quieuit in Domino die 2. Decembris, sedente Fabiano, & Imperante Philippo. Eius Corpus, in Ara maxima Sancti Petri in Oliueto, Sanctorum cultu adoratur.

VIII.

S. Vrcissinus Brixianus ad hanc Sedem eleuatus est anno 247. Quinquaginta sex annis in Episcopatu expletis, Brixiæ quieuit in Domino die 1. Decembris, sedente Marcellino, & Imperantibus Diocletiano, & Maximiano. Eius Corpus in Ecclesia S. Ioseph, ad Aram S. Rochi, cœlesti honore afficitur.

IX.

S. Fauſtinus Brixianus, annuente Conſtantino Imperatore, Epiſcopus electus eſt anno 313. peruenit vſq; ad ann 350. Brixiæ quieuit in Domino die 16. Februarij, Sedente Iulio, & Imperante Conſtantio. Eius Corpus, in Ara inſigniori ſuperioris Eccleſiæ S. Aphræ, gloria dignum habetur.

X.

Philaſtrius Hiſpanus doctrina, & Arianororum vexatione celebris, in hac Sede collocatus eſt anno 354. Brixiæ, quieuit in Domino ann. 385. die 18. Iulij, ſedente Siricio, & Imperante Valentiniano II. & Teodoſio; & inter SS. Ciuitatis Tutelares ſcribitur. Eius Corpus in Ara SS. Trinitatis in Cathedrali colitur.

XI.

S. Gaudentius Brixianus in Sede ſuffectus eſt anno 385. Is doctrina, & ſanctitate fulgens, Brixiæ quieuit in Domino anno 424. die 26. Octobris, ſedente Cæleſtino, & Imperantibus Honorio, & Teodoſio iuniore. Eius Corpus in Reliquiario Parochialis S. Ioannis, votis fidelium celebratur.

XII.

S. Paulinus Brixianus Præſulatum tenuit ab anno 425. vſque ad 442. Brixiæ quieuit in Domino die 4. Martij, Sedente Leone Magno, & Imperantibus Valentiniano III. & Teodoſio. Eius Corpus in S. Petro Olíueto, in Ara eius Nomine inſignita, fidelium pietate colitur.

S. Theo-

XIII.

S. Theophilus Brixianus Sedem habuit anno 442. *Brixiæ* quieuit in Domino circa annum 445. die 27. Aprilis, ſedente Leone Magno, & Imperantibus Valentiniano III. & Teodoſio. Eius Corpus ad Altare SS. Reliquiarum in Parochiali S. Ioannis congrua veneratione obſeruatur.

XIV.

S. Syluinus ſedit ab anno 445. vſq; ad 447. vel circiter. Apud S. Petrum in Monte Vrſino agri *Brixiani* (vt Traditio docet) quieuit in Domino die 28. Septembris ſedente Leone Magno, & Imperantibus Valentiniano III. & Teodoſio. Eius Corpus, ad Altare S. Magdalenæ in S. Petro Olitueto translatũ, eſt in veneratione.

XV.

S. Gaudioſus Epiſcopale munus obiuit ab anno 447. vſq; ad 450. Brixię quieuit in Domino die 7. Martij, ſedente eodem Leone, & Imperantibus ijsdem Valentiniano, & Teodoſio. Eius Corpus in Parochiali Sancti Alexandri, ad propriam Aram, ſanctorum obſeruatione honoratur.

XVI.

S. Optatianus Mediolanenſis Eccleſię *Brixianę* regimen aſſumpſit anno 450. Brixiæ quieuit in Domino die 14. Iulij anno 504. ſedente Symmacho, Imperante Anaſtaſio, & Regnante in Italia Theodorico Gotho. Eius Corpus, in Ara principali Parochialis Sancti Laurentij, in deuotione habetur.

S. Vi-

XVII.

S. Vigilius Pastoris officium sustinuit ab anno 504. vsq; ad 525. Brixiæ quieuit in Domino die 26. Septembris sedente Ioanne, Imperante Iustino, & Regnante Theodorico. Eius ossa partim in Parochiali S. Laurentij, & partim in Parochiali Isæi in agro Brixiano, debito cultu florent.

XVIII.

S. Titianus, natione Germanus, huius Ecclesiæ Primatum habuit anno 526. Brixiæ quieuit in Domino anno 540. die 3. Martij, sedente Vigilio, Imperante Iustiniano, & Regnante Vtige. Eius Corpus in SS. Cosmæ, & Damiani Ecclesia ad propriam Aram, præcipuo honore extollitur.

XIX.

S. Paulus Brixianus Antistes fuit ab anno 540. vsq; ad 546. Brixiæ quieuit in Domino die 29. Aprilis, sedente Vigilio, Imperante Iustiniano, & Regnante Totila. Eius Corpus habet Ecclesia S. Petri in Olueto, vbi in Ara Maxima religiosè à fidelibus celebratur.

XX.

S. Cyprianus, inter Brixianos Præsules connumeratus; Sedit ab anno 546. vsquè ad 552. Brixiæ quieuit in Domino die 21. Aprilis, sedente Vigilio, Imperante Iustiniano, & Regnante Totilà. Eius Corpus, in Ara insigniori Sancti Petri in Olueto, fideles reuerentur.

S. Her-

XXI.

S. Herculanus Theutonus Monachus, & Abbas Leni Episcopus deligitur anno 552. Solitudinis gratia Campionum ad Lacum Benacum petijt, vbi quieuit in Domino anno 576. die 12. Augusti, sedente Benedicto, Imperante Iustino iuniore, & Regnante Clepho. Eius Corpus in Parochiali Matherni visitatur.

XXII.

S. Honorius, generis Constantini Imp. anno 576. ad Episcopatum ingressus, insigni virtute claruit. Brixiæ quieuit in Domino anno 585. die 24. Aprilis, sedente Pelagio, Imperante Tiberio, & Regnante Authari. Eius Corpus, in Parochiali SS. Faustini, & Iouitæ ad Aram propriam, in maxima veneratione est.

XXIII.

S. Rusticianus Brixianus in sede successit anno 585. Brixiæ quieuit in Domino anno 591. die 5. Ianuarij, sedente Gregorio Magno, Imperante Mauritio, & Regnante Agilulpho. Eius Corpus, ad Aram Maiorem Parochialis S. Zenonis ad forum Nonij Arrij, meritò inuisitur.

XXIV.

S. Dominator Brixianam Ecclesiam regendam suscepit anno 591. Brixiæ quieuit in Domino anno 595. die 5. Nouembris, sedente Gregorio Magno, Imperante Mauritio, & Regnante Agilulpho. Eius Corpus, in Ara Sanctissimæ Eucharistiæ in Cathedrali, honoribus cumulatur.

Berti-

XXV.

Berticanus ad Sedem ingressus est anno 596. Is facinoroso Ciui sacra sepultura simoniacè concessa, diuina monita cum neglexisset; cælesti fato, repentina morte punitur eodem anno, sedente eodem Gregorio, & de eo in Dialogis scribente, Imperante, & Regnante supiascriptis. Eius sepultura latet.

XXVI.

S. Paulus II. Brixianus Episcopus creatus est anno 596. Brixiæ quieuit in Domino anno 604. die 7. Februarij, sedente eodem Pontifice, Imperante Phoca, & Regnante Agilulpho. Eius Corpus, in Ara augustissimi Sacramenti in Cathedrali conditum, veneratione dignum habetur.

XXVII.

S. Patherius Romanus, Monachus, Brixię Præsul ab ipsomet Gregorio constituitur, anno 604. Brixiæ quieuit in Domino Anno 606 die 21. Februarij, sedente Bonifacio IV. Imperante, Phoca, & Regnante Agilulpho. Eius Corpus, in Ecclesia Sanctę Euphemiæ, in Ara propria, honoratur à fidelibus.

XXVIII.

S. Anastasius Anno 606 Episcopi munus sumpsit: Brixię quieuit in Domino anno 609. die 20. Maij, sedente Bonifacio IV. Imperante Phoca, & Regnante Agilulpho. Eius Corpus in Cathedrali, ad Altare Sanctissimę Communionis in omnium honore habetur.

S.Do-

XXIX.

S. Dominicus, sanctitatis splendore illustris, successit anno 609. Brixiæ quieuit in Domino anno 612. sedente Bonifacio eodem, Imperante Heraclio, & Regnante Agilulpho. Eius Corpus, in Altare Sanctissimi Sacramenti Cathedralis Ecclesię, dignè asseruatur.

XXX.

S. Foelix Brixianus in Trono Episcopali sedit ab anno 612. vsq; ad 656. Brixiæ quieuit in Domino die 23. Martij, sedente Vitaliano, Imperante Constante, & Regnante Ariperto. Eius Corpus in Ara Sancti Augustini Parochialis Ecclesiæ Sanctę Aphræ, venerabile iacet.

XXXI.

S. Deusdedit, Brixianis à Deodatus est anno 656. Qui Triginta huius Sedis SS. Præsulum numerum perficiens, Brixię quieuit in Domino anno 692. die 10. Decembris, sedente Sergio, Imperante Iustiniano ij. & Regnante Cuniperto. Eius Corpus in Ara maxime S. Petri oliueti, colendum seruatur.

XXXII.

Gaudiosus, huius nominis alter, in Episcopum Brixianum receptus est anno 693. E viuis recessit anno 712. sedente Constantino, Imperante Iustiniano ij. Et Regnante Ariperto, Eius Corpus, vbi sepulturę traditum fuerit, apud scriptores non dum inuenimus.

XXXIII.

Ruſticianus II. inter Epiſcopos Brixianos numeratus fuit anno 712. Eius vita eripitur anno 728. ſedente Gregorio II. Imperante Leone Iſauro, & Regnante Luitprando, forſan apud oppidum Sancti Geruaſij: nam etiam ibi in Parochiali ſepulturam habuiſſe dicitur.

XXXIV.

Appollinaris in hac Sede effulſit anno 729. Tranſiuit ab hac luce anno 756. ſedente Sthephano III. Imperante Conſtantino Copronymo, & Regnante Aiſtulpho. Eius Corpus habet Eccleſia Mediolanenſis, fortaſsè quia etiam ibi viuendi finem fecit. Locus tamen ignotus eſt.

XXXV.

Andreas Epiſcopus Brixiæ renuntiatus fuit anno 756. Humanitatis debitum ſoluit anno 759. ſedente Paulo, Imperante Conſtantino Copronymo, & Regnante Deſiderio. Eius Corpus in obliuione ſepultum eſt. Nullus enim noſtrarum antiquitatum Scriptor de eius ſepultura mentionem facit.

XXXVI.

Theodaldus Brixiani populi Antiſtes eligitur anno 760 Sedente Paulo, Imperante Conſtantino Copronymo Paſtoralè onus ſuſtinuit, Regnanteque Deſiderio vltimo Italiæ Rege. Annus eius mortalis depoſitionis, locuſque ſepulturæ, à ſcriptoribus omni ſilentio ſupprimuntur.

Vita-

XXXVII.

Vitalis in Ecclesia Brixiana successor habetur. Huius, quò ad Nomen tantum, meminerunt huius Ciuitatis antiquitatum Collectores. Episcopatum gessit, sedente Hadriano, Imperante Constantino Copronymo, & Regnante Desiderio. Cætera tempus edax vorauit.

XXXVIII.

Benedictus in Brixiano Grege Pastor subsecutus est. Annum silentio Scriptores obuoluunt. Attamen in munere Pastorali effulsit sedente Hadriano, Imperante itidem Constantino, & Regnante Desiderio. Tempus eius dormitionis, & locum depositionis, palam non sunt.

XXXIX.

Ansualdus Brixianus Episcopali Diademate coronatus fuit circa annum 774. Debitum naturæ exoluit anno, cuius memoria in Chronicis non extat; sedente tamen Hadriano, Imperante Leone III & Regnante Desiderio. Eius sepulchri situs adhuc incognitus permanet.

XXXX.

Cunipertus sceptrum Ecclesiæ Brixianæ accepit, sed annus non reperitur; quia nudum tantummodo eius nomen scriptum legimus. Clauum attamen tenuit, sedente eodem Hadriano, Imperante Leone III.& viuente Desiderio. Vbi eius Corpus fuerit sepulturæ trad:tum, incertum habetur.

XXXXI.

Anfrigius Monachus, & Abbas Leni Episcopus adlectus est anno 787. Is à Cimiterio S. Latini ad S. Mariam in Sylua Corpora Sanctorũ Faustini, & Iouitę transtulit anno 806. Vbi in enixè orando, sanctè decessit, sedente Leone iij. & Imperantib⁹ Carulo Magno in Occidente, & Niceforo in Oriente, ibiquè iacet.

XXXXII.

Petrus, venerabilis memorię, in Sede collocatus fuit anno 807. E viuis elapsus est anno 814. sedente Leone iij & Imperantib⁹ Ludouico Pio, & Leone Armenio. Eius Corpus in Parochiali Sanctorum Faustini, & Iouitę memorabilem, cum alijs tribus Episcopis, habet sepulturam.

XXXXIII.

Rampertus Brixianus, Episcopus declaratus est anno 814. Cum sanctitatis fama abijt à nobis anno 852. sedente Leone IV. & Imperantibus Lothario, & Michaele. Eius Corpus apud Monachos sanctorum Faustini, & Iouitę cubat: quos ipse ibi instituit, & honorificè dotauit.

XXXXIV.

Notingus in Brixianorum Pręsulum Senatum cooptatus est anno 853. Carnis vinculis absoluitur anno 875. sedente Ioanne Viij. & Imperantibus Ludouico iuniore, & Michaele. Eius Corpus, quò pro sepultura fuerit deportatum, à scriptoribus registratum minimè inuenimus.

Anto-

XXXXV.

Antonius solium huius Ecclesię sortitus est anno 876. Mortalitatis munus obiuit anno 891. sedente Formoso, & Imperantib⁹ Arnulpho, & Leone VI. Eius Corpus in Sancti Petri Maioris Ecclesia, quę nunc communibus votis Ciuitatis celebri structura reedificatur, thumulatum fuit.

XXXXVI.

Ardingus, meritò ad hanc Sedem euectus est anno 892. Hunc quoquè Comitem Brixię auctoritas statuit Imperialis. Eius anima corpus reliquit anno 906 sedente Benedicto IV. & Imperantibus Conrado, & Leone VI. Et in iàm Ecclesia S. Marię, in Pusterula nuncupatę, conditum fuit.

XXXXVII.

Landulphus Brixianus ad Brixianam Ecclesiam missus fuit gerendam anno 907. Terrenam hanc habitationem dereliquit anno 924. sedente Ioanne X. & Imperantibus Henrico, & Constantino VIII. Eius Corpus in Capella Sanctorum Grisanti, & Dariæ in antiquo Baptisterio solò ęquato, reconditum fuit.

XXXXVIII.

Notingus II. successor habetur. Annum eius electionis scriptores reticent. Verum anno 933. sedentem inuenimus. Vitæ cursum consumauit in Ciuitate Papiæ circa anno 937. sedente Leone VII. & Imperantibus Othone I. & Constantino VIII. & ibi etiam sepulchro traditur.

XXXXIX.

Iosephus deligitur circa annũ 938. Hunc probitate clarum impius Rex Berengarius à Sede expulit, & subsequentem, eius familiarem substituit. Apud Venzagum in Veronensi inuitus se collegit, vitamque reliquit, sedente Agapito, & Imperantibus Othone I. & Constantino VIII. Eius Thumulum nescimus.

XXXXX.

Antonius II. Veronensis, Berengarij Italiæ Regis potentia, in Brixiana sede collocatus fuit anno 948. In Episcopali honore fuit vsque ad annũ 960. At Ciuitate ita effiagitante, ab Othone, (dum Brixiæ esset,) ab Episcopatu eliminatur, sedente Ioanne XII. Imperante Constantino Viij. in Oriente. Loco cuius

XXXXXI.

Gothifredus Canossa Brixiæ Pastor efficitur anno eodem 960. Qui etiam in Ciuitate Comes Imperialis delectus est. Requiem habuit anno 976. sedente Benedicto VII. & Imperantibus Othone II. Basilio, & Constantino, & in Abbatiam Canusinam asportatus, ibi apud suos maiores iacet.

XXXXXII.

Atho in Episcopum Brixianum designatus est anno 976. Cursum suum consumauit circa annum 980. sedente Benedicto VII. & Imperantibus Othone II. Basilio, & Constantino. Eius Corpus, in qua Ecclesia Ciuitatis, vel diœcesis humatum fuerit, nondum apertum est.

Adal-

XXXXXIII.

Adalbertus Sedem huius Episcopatus, & Comitis Imperialis dignitatem obtinuit anno 981. Peruenit ad vitæ occasum anno 1001. Sedente Syluestro II. & Imperantibus Otthone iij. & in Oriente Basilio, & Constantino. Memoriam eius Sepulturæ vetusta vorauit edacitas.

XXXXXIV.

Landulphus II. Castellonæus è Mediolano Mitra Brixiana decoratus est anno 1002. Recesit ab hac luce anno 1026. Sedente Ioanne XIX. & Impeantibus Conrado II. Basilio, & Constantino. Eius Corpus Tumulum habuit apud Monasterium S. Euphemiæ, tunc extra Ciuitatem.

XXXXXV.

Volderieus in hac Sede successor scriptus fuit anno 1027. A Conrado Imperatore efficitur Ciuitatis Dominus, alijsque pręclaris cumulatur muneribus, quibus ob pacis amorem, Ciues ditauit, Viduam reliquit Sedem ann. 1048. Sub Damaso II. Henrico III. & Constantino Monomacho, & sepelitur in Cathedr.

XXXXXVI.

Adelmannus Leodiensis sequitur anno 1048. Brixiæ cum Berengarij Heræsiarchæ fautoribus pro fide confli-ctans, crudeliter sauciatus, quieuit in Domico anno 1062. sedente Alexandro II. Et Imperantibus Henrico IV. & Constantino Ducha. Eius Corpus in Parochiali SS. Faustini, & Iouitæ requiem habet.

Odal-

XXXXXVII.

Odalricus è Germania hanc Sedem habuit anno 1063. Is cum partes Clementis Antipapæ, & Henrici Imperatoris contra Papam Gregorium VII. partes foueret, excommunicatione ligatur. Catholici eum è Ciuitate expellunt ann. 1080. Qui in castris Henrici militans, pestilentia perijt anno 1088.

XXXXXVIII.

Conon probatæ virtutis, à Brixianis militari manu, in Sede firmatus est anno 1080 Cui Pontificia auctoritas suffragata est. Requieuit ab omni opere suo anno 1087. sedente Vrbano II. & Imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno. Sepulturę, adhuc nobis ignotę, traditus est.

XXXXXIX.

Ioannes inter Brixianos Pontifices adnumeratus est anno 1087. Morte occupatus hanc Sedem deseruit anno 1090. sedente Vrbano ij. & Imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno. Verum eius depositionis locus apud scriptores adhuc occultos manet.

XXXXXX.

Obertus agnomine Baltricus primum Abbas Cassinensis apud Sanctorum Faustinum, & Iouitam; deindè Episcopus Brixię anno 1090 E sęculo exiuit anno 1093. sedente Vrbano II. & Imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno. Coniectura est eius Corpus iacere in loco S. Aphræ.

Ioan-

LXI.

Ioannes II. huius Ecclesiæ Culmine dignatus est anno 1093. Dies eius defecerunt anno 1096. sedente Vrbano II & Imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno. Cœterum nec locum mortis huius Antistitis, nec eius sepulchri situm nequaquam Scriptores meminerunt.

LXij.

Harimannus Gauardus Brixianus Monachus Cassinensis delectus est anno 1096. Pro Cruciata contra Infideles, huius Prouinciæ Vexillifer fuit. Paschalis Papa II. de Sede eum deposuit, Imperantibus Henrico V. & Alexio Comneno. Eius reliquum in notis minime reperitur.

LXiij.

Vuillanus solium huius Episcopatus obtinuit anno 1116. Et anno 1131. cum Antipapæ faueret, excommunicatione, & Episcopatus priuatione ab Innocentio II. infligitur. Animam emisit ann. 1144. Sedente Lucio II. & Imperantibus Conrado iij. & Manuele Comneno; Brixiæq; in S. Petro maiore sepelitur.

LXIV.

Manfredus Lucciaghus Brixianus ann. 1132. substitutus est. Accepta S. Bernardi Epistola, Vexillum Prouinciale tulit ad recuperationem Terræ Sanctæ. Hæreticos multum insectatus est. Quieuit in pace anni 1153. Seden: Anastasio IV. Et Imperantibus Fiderico Aenobardo, & Manuele: & in S. Petro Maiore reconditur.

LXV.

Raimundus Brixianus de Barignanis Antiftes adlectus eft anno 1153. Alexandro Papæ iij. rara beneuolentia meritò affectus fuit. Terrenam hanc Sedem ammifit anno 1173. eodem Alexandro fedente, & Imperantibus ijsdem Fiderico, & Manuele, & apud S. Petrum maiorem humatur.

LXVI.

Ioannes iij. Flumicellus Brixianus ad hunc Epifcopatum promotus eft anno 1173. Translationis Officium SS. Brixiæ Patronorum obtinuit; animam vero emifit anno 1197. fedente Cæleftino iij. & Imperantibus Henrico IV. & Alexio Angelo, & in fui Antecefforis fepulchro conditur.

LXVII.

Ioannes IV. Palatius Brixianus ad Epifcopalem Dignitatem receptus fuit ann. 1200. Plenus dierum ad Anteceffores fuos apud Pallatiolum perrexit anno 1213. fedente Innocentio iij. Et Imperantibus Fiderico II. & Henrico, vbi etiam à Scriptoribus fepultus creditur.

LXViij.

Albertus Rezatus Brixianus Patriarcha Antiochenus fucceffit in Epifcopatu anno 1213. In Paleftina contra Saracenos fignifer Prouincialis fuit. De populo fibi credito benemerens, exceffit è viuis anno 1225. Sedente Honorio iij. & Imperantibus Fiderico II. & Roberto. Eius fepulchrum ignotum eft.

Gua-

LXIX.

Guala Bergomas, B. Memoriæ, Ordinis Prædicatorum, sedit ab anno 1225. vsque ad 1239. Relicto Episcopatu, in Abbatiam S. Sepulchri, Astini (mortem expectitans) se reduxit. ann. verò 1244. sedente Innocentio IV. & Imperantibus Fiderico II. & Balduino, Ibi dormiuit in Domino, & sepultus est.

LXX.

Hælias Robertus è Regio Lepido, ad hanc Ecclesiam regendam ingressus est anno 1239. Antiocheni Patriarcatus titulo ornatus, de carnis ergastulo exiuit anno 1247. sedente Innocentio IV. Vacante Occidentali Imperio, & in Oriente Imperante Balduino. Locus eius depositi obscurus est.

LXXI.

Azzo Turbiatus Brixianus inter Presules locum habuit anno 1248. Mors eum arripuit anno 1251. sedente Innocentio IV. Vacante eodem Imperio, & in Oriente Imperante eodem Balduino. Eius Corpus apud Ecclesiam Sancti Petri Maioris humi consignatum fuit.

LXXII.

Caualcanus Sala Brixianus ab Innocentio eodem (Brixię existente) Episcopus sacratus est anno 1251. Ab Ezelino Tyranno variè exagitatus, demum apud Luerum mundo cessit anno 1263. sedente Vrbano IV. silente Occidentali Imperio, & in Oriente Imperante Paleologo, & ibi sepultus in Parochiali.

LXXIII.

Vbertus Fontana Placentinus (patrocinante Vberto Palauicino) hanc Sedem occupauit ab ann. 1263. vsq; ad 1272. Papali censura percussus, ad eius Præposituram in Placentina Diœcesi reuersus, breui decessit, sedente Gregorio X. & Imperantibus Rodulpho, & Michaele eodē, & ibi etiam sepulchro traditur.

LXXIV.

Martinus Armannus Brixianus ad hanc Ecclesiam ingressus est anno 1273. E secundo Concilio Lugdunensi regressus, Moritur Brixiæ anno 1275 sedente Innocentio V. & Imperantibus Rudolpho, & Michaele, & in Cathedrali propè Sacellum S. Syluestri à se erectum, & dotatum, clauditur in Tumulo.

LXXV.

Berardus Magius Brixianus anno 1275. Episcopali dignitate, deinde Principis potestate decoratus est. Cum Sedem suam magnis Titulis, & Patriam magnis commodis illustrasset, ab humanis exiuit anno 1308. sedente Clemente V. & Imperantibus Alberto, & Andronico, & in Cathedrali marmore clauditur.

LXXVI.

Federicus Magius Mitram Berardi sui Consobrini immaturus obtinet anno 1309. Aerumnis exagitatus Patria, & Episcopatu exutus, anno 1317. ad Sedem Placentinam traiectus, Auenioni occumbit ann. 1323. sedente Ioanne XXI. & Imperantibus Ludouico IV & Andronico. & Mediolanū ad S. Eustorgium asportatur.

Prin-

LXXVII.

Princeuallis Fliscus Ianuensis ad huius Sedis honorem sublimatus est anno 1317. Octo post annos ad Ecclesiam Derthonensem transiuit, in qua post multos labores, anno 1348. sedente Clemente VI. & Imperantibus Carulo IV. & Calo Ioanne, ab humanis exiuit, & sepultus est.

LXXVIII.

Tiberius Turrianus è Mediolano, à Derthonensi Ecclesia ad Brixianam translatus est anno 1325. Mortale hoc exilium finiuit anno 1334. sedente Benedicto XI. & Imperantibus Ludouico, & Andronico iuniore, & apud Sacellum Sanctissimæ Trinitatis in Cathedrali funeratur.

LXXIX.

Iacobus de Actis Mutinensis ad Pręsulatum Brixiæ promotus fuit anno 1335. Vitam laudabiliter actam conclusit anno 1344. sedente Clemente VI. & Imperante Carolo IV. & Calo Ioanne, & in Cathedrali, apud Altare Sancti Iacobi, multo post tempore euersum, lapide contegitur.

LXXX.

Lambertinus Balduinus de Bononia Sedem Nemocinensem relinquens, ad Brixianam venit anno 1344. Ad Creatorem reuersus est anno 1348. sedente Clemente VI. & Imperantibus eisdem Carolo IV. & Calo Ioanne. Ejus reliquum in Cathedrali arca marmoria detinet.

Bernar-

LXXXI.

Bernardus Tricardus Gallus Monachus Cisterciensis, administrata septem annis Bergomensi Ecclesia, ad oues Brixianas missus est anno 1349. Aerumnosa hac vita exuitur ann. 1358. sedente Innocentio VI. & Imperantibus Carulo IV. & Calo Ioanne. Depositus fuit in Cathedrali ad Altare S. Syluestri.

LXXXII.

Raimundus II. Blancus de Velate Mediolanensis Abbas Cassinensis, tunc in Monte Vrsino agri Brixiani, ad hanc Cathedram euectus est ann. 1359. Extremum diem obiuit ann. 1363. sedente Vrbano V. & Imperantibus Carolo IV. & Calo Ioanne. De eius Corporis sepultura mentio non habetur.

LXXXiij.

Henricus Sessa è Regio Lepido, dimissa Asculana Sede, cui post Pisauriensem praeerat, Brixianam obtinuit ann. 1363. Post quadriennium ad Cumanam pertransijt, vbi anno 1384. vitae terminum posuit, sedente Vrbano VI. & Imperantibus Vinceslao, & Andronico iij. Et ibi in Cathedrali excipitur.

LXXXIV.

Agapitus Columna Romanus, ab Asculana Sede, ad istam traductus est anno 1369. Post annos tres ad Nunciaturas Apostolicas conuersus, meritò Purpura factus est illustrior. Tandem vitam Romae conclusit ann. 1380. sedente Vrbano VI. & Imperantibus Vinceslao, & Andronico iij. & ibi sepelitur.

Sthe-

LXXXV.

Septhanus hunc Episcopatum ex cessione amplexus est anno 1372. Verum anno sequenti Pastoris onus deponens, Andreæ successori suo consignauit. Et de eo nullam aliam in Tabulis nostris, neque inter rerum Brixianarum Scriptores, relatam memoriam comperimus.

LXXXVI.

Andreas II. inter Heræmitanos S. Augustini eximius Theologus, & Verbi Dei celebris Declamator, in hac Cathedra Brixiana collocatus fuit anno 1373. Claro omnium virtutum splendore in ea effulsit vsque ad annũ 1378. De eius obitu, & sepultura nihil inuentum est.

LXXXVII.

Nicolaus Zanasius Cremonensis floruit anno 1378. Post quinquennium Archiepiscopus Beneuenti, indèque Neapolis subiectus est. Senectam clausit anno 1389. sedente Bonifacio IX. & Imperantibus Vinceslao, & Andronico, & ad Aram SS. Sacramenti in Ecclesia Cathedrali Cremonæ, traditur thumulo.

LXXXViij.

Andreas iij. Sagazzenus Mediolanensis solio Episcopatus Brixiæ potitus est ann. 1383. In Sede Vitam Heremitani Ordinis S. Augustini professus est. Expleuit munus suum anno 1386. sedente Vrbano VI. & Imperantibus Vinceslao, & Andronico eodem. Nescitur autem vbi mortuus requiescat.

Tho-

LXXXIX.

Thomas Vicecomes Mediolanensis ad Clauum huius Ecclesiæ adlectus est anno 1386. Hinc ad Cremonensis anno 1390. Ex permutatione autem anno 1396. huc reuersus est. Anno sequenti ad Eginensem solium vocatus fuit. Reliqua circa hunc Episcopum desiderantur.

LXXXX.

Franciscus Lantes Pisanus Minorita è Lunensi Episcopatu, eodem die, quo Thomas Cremonensem, hanc Sedem adijt. Ann. 1396. Sedes inter se inuerterunt. Postea is translatus ad Bergomensem,& item ad Cremonensem reuersus,ibi occidit ann. 1405. sedente Innoc. VII. & Impp Roberto,& Andronico,ibiq; iacet.

LXXXXI.

Thomas Pusterula Mediolanensis hanc Pastoralem Cathedram assecutus est anno 1397. Migrauit à sęculo anno 1399. Egregiè suo functus officio, Sedente Bonifacio IX. & Imperantibus ijsdem Vinceslao, & Andronico. De eius sepultura nondum aliqua mentio reperta est.

LXXXXII.

Gulielmus Pusterula Mediolanensis deligitur Episcopus ann. 1399. Vicecomites Brixiæ Domini, quia nimis iunior, sedere ei denegant: vnde Comensi Ecclesiæ, sed frustra datus est. Ad ann. vsq; 1416. huius Sedis solo titulo gaudet, in quo defecit, vacante Sede,& Imper. Sigismundo,& Andronico. Eius sepultura delitescit.

Pan-

LXXXXiij.

Pandulphus Malatesta Ariminensis ab Archidiaconatu Bononiæ ad Brixianæ Ecclesiæ administrationem à Martino V. vocatus est anno 1416. Dominante Ciuitatem simili alio Pandulpho Malatesta. Quam Ecclesiam anno 1418. eidem Pontifici resignauit, Imperantibus ijsdem Sigismundo, & Andron. Cętera silent.

LXXXXIV.

Franciscus II. Mererius Romanus Brixiæ Pontifex destinatus est anno 1418. sedit vsque ad annũ 1442. in quo ad Montesalconensem Sedem transiuit. Verum currente anno 1449. morte illic occupatus fuit, sedente Nicolao V. & Imperantibus Federico iij. & Constantino VI. & Eius sepulturæ locus latet.

LXXXXV.

Petrus II. De Monte Venetus huic Episcopatui nomen dedit anno 1442. Mox in Galliam Legatus mittitur. Ad Sedem ingressus est anno 1445. Perusiæ deinde Gubernator euasit ann. 1451. Romæ obijt 1457. sedente Calisto iij. Imperante Federico iij. & extincto Orient. Imperio, & ibi in Liberiana Basilica deponitur.

LXXXXVI.

Bartholomeus Maripetrus Venetus Cathedram Episcopatus conscendit anno 1457. Cum verbo, & exemplo se verum Pastorem ostendisset, furentis canis morsu ictus, interijt anno 1464. Sedente Paulo II. & Imperante Federico iij. Et in S. Petro Maiore sepulturam habuit.

LXXXXVII.

Dominicus II. de Dominicis Venetus, in Romana Curia Papæ Vicarius, à Torcellana Sede huc tradu-ctus fuit anno 1464. Is virtutis oraculum, in pace dormiuit anno 1478. sedente Sixto IV. & Imperan-te Federico iij. Cuius honorificum depositum, in Cathedrali erectum, adhuc conspicitur.

LXXXXViij.

Laurentius Zane Venetus Patriarca Antiochiæ hanc Ec-clesiam complexus est anno 1478. Legatus Aposto-licus in Flaminia effectus Episcopatu cessit anno 1481. Romæ fixit vitæ terminum anno 1485. sedente In-nocentio Viij. & Imperante eodem Federico. De eius sepultura nihil inuentum est.

LXXXXIX.

Paulus iij. Zane Venetus anno 1481. Episcopus Brixiæ immaturè inscriptus est: cui ad legalem ætatem cur-renti; Episcopus Auserensis suffragatus est. Morta-litatem expleuit anno 1531. sedente Clemente VII. & Imperante Carolo V. eius Corpus habet locum in Cathedrali in Capella maiori.

C.

Franciscus iij Cornelius Venetus Cardinalis à Prænesti-na Ecclesia ad Brixianam Administrator accessit anno 1532. Viterbij ad immortalitatem pertransijt anno 1545. sedente Paulo iij. & Imperante Carolo V. Venetias eius relatum corpus, apud Ecclesiam Saluatoris sepelierunt.

Andreas

CI.

Andreas IV. Cornelius Venetus Cardinalis Antistes Spalatri, Ecclesiam hanc suscepit administrandam, ann. 1546. Vitam Romæ reliquit anno 1551. sedente Iulio iij. & Imperante Carolo V. Eius ossa Venetias asportata, apud Andream eius Patruum, item Spalatri Episcopum, quiescunt.

CII.

Durantes de Durantibus Cardinalis Brixianus, Episcopus Algarensis, tùm Cassanensis, & Vmbriæ Legatus, anno 1551. Patriam Sedem habuit, anno 1558. maximo Ciuium mærore fato cessit, Sedente Paulo IV. & Imperantibus Ferdinando. Eius Corpus in Cathedrali apud maiores requiem habet.

C III.

Dominicus Bolanus Venetus Brixiæ Prętor, diuinitus ad Episcopatum vocatus fuit anno 1559. Tridentinæ Synodi adfuit, & anno 1579. requieuit ab omni opere S. Carolo astante, & etiam pa'-.ntante, sedenteque Gregorio XIII. & Imperante Rodulpho II. Eius ossa in Cathedrali extant honorificè sepulta.

CIV.

Ioannes V. Delfinus Venetus, Torcelli Episcopus, Sedem hanc promeruit anno 1579. In regimine annis quinqne egregiè absumptis, migrauit ad Dominum, sedente Gregorio XIII. & Imperante Rodulpho II. cuius Corpus, in medio Cathedralis in Rotunda, marmore contegitur.

C V.

Ioannes Franciſcus Maurocenus Venetus à Gregorio eodem Epiſcopus *Brixiæ* deſignatus fuit ann. 1585. In Gallica Legatione Purpura condecoratus eſt. Sancto fine vitam occulſit anno 1596. ſedente Clemente VIII. & Imperante Rodulpho II. Eius oſſa in Cathedrali ad calcem ſui Mauſolei, iacent æternitati.

C VI.

Marinus Georgius Venetus Brixianæ Sedis honorificentia claruit anno 1596. Præfuit ſumma cum laude ad annũ vſque 1632. Exuit hominem, ſedente Vrbano Viij. & Imperante Ferdinando II. cuius Corpus in Sacello egregio, à ſe in S. Petro Maiore erecto, collocatum eſt.

C VII.

Vincentius Iuſtinianus Venetus à Taruiſina Sede, ad oues Brixiani Gregis euocatus eſt anno 1633. Pietate Clarus, Venetijs vitæ occaſum habuit anno 1645. ſedente Innocentio X. & Imperante Ferdinando II. & ibi etiam apud maiores ſuos eius corpus reconditum fuit.

C Viij.

Marcus Maurocenus Venetus, Taruiſi Epiſcopus, ad Brixianam Eccleſiam acceiſitus eſt anno 1645. In Domini agricoltura ſtrenuè cum inſudaſſet, animam pro ouibus poſuit anno 1654. ſedente Innocentio X. & Imperante Ferdinando iij. Huius oſſa in Cathedrali thumulum habent.

Petrus

CIX.

Petrus III. Otthobonus Venetus, ex commendatione virtutis ad Purpuram, & deinde ad Brixianę Ecclesię Mitram ab Innocentio X. assumptus est anno 1654. Qui Catalogum istum maximis auspicijs claudit. Hunc mystica hæc eius sponsa Ecclesia, tanquam sponsum venientem in Thalamum suum amplexata est, summa cum exultatione, die 17. Nouembris anno 1655. sedente Alexandro VII. & Imperante eodem Ferdinando. Confidens in Deo: vt quem Pastorem illi præesse voluit, etiam cum commisso eidem Grege Brixiano, assidua protectione regat, gubernet, & seruet semper incolumem.

APPENDIX

Maximè necessaria illorum,

Qui ab hoc Catalogo legitimè excipiuntur:

Quamuis legantur apud Scriptores

BRIXIÆ EPISCOPI:

Series

Series Chronologica illorum, qui in Appendice nominantur.

Anni Dñi.		
347	1	Vrſatius.
362	2	S. Caſſianus.
	3	S. Zeno.
424	4	S. Lucanus.
640	5	Colthronus.
806	6	Antigius ſecundus.
1048	7	Poppo Bauarus.
1090	8	Odericus.
1102	9	Althemannus.
1102	10	Clemens.
1130	11	Iulianus.
1130	12	Vrbanus.
1133	13	Adalricus.
	14	Oldericus.
1150	15	S. Conſtantius.
1159	16	Harthmannus.
1182	17	Ioannes Griphius.
1191	18	Anſelmus Cumanus.
1198	19	Antonius Pedrocha.
1204	20	Giſus, vel Ieſus.
1120	21	Bertholdus.
	22	S. Pincininus.
	23	Laurus.

Azzo

1248	24	Azzo Turrianus.
1260	25	Nothingus.
1300	26	Dominicus Dominicanus.
1327	27	Pasqualis.
1337	28	Zenzius.
1340	29	Luagfinus.
1350	30	Berardus Maggius secundus.
1356	31	Otho Venerabilis.
1359	32	Petrus Philargus.
1390	33	Lambertinus de Zeccha.
1399	34	Balthasar Messorius.
1404	35	Pandulphus Malatesta.
1422	36	Philippus.
1442	37	Ioannes de Asula.
1457	38	Albertus Dominicanus.
1460	39	Nicolaus de Chusa.
1464	40	Bernardus Marcellus.
1474	41	Bartholomeus Aueroldus.
1510	42	Christophorus.
1519	43	Philippus.
1558	44	Bernardus Vicecomes.
1560	45	Aloysius Cornelius.

APPENDIX
Maximè necessaria.

1 VRsatius in Concilio Sardicensi subscriptus Episcopus Brixiæ, à nonnullis ex sola coniectura affirmatur, hunc fuisse Vrcissinum Brixianum Episcopum Sanctitate clarum, quem ijdem ad annum vsque 347. in quo Concilium illud celebratum fuit, perducunt: Qui tamen ab Octauio Rubeo rerum Brixianarum magno indagatore, his rationibus refelluntur. Quia Vrcissinus noster vixit centum retrò annis, Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano. Quia, & Nicephorus authhor tàm grauis, quàm antiquus agens de illo Concilio, nullam de Vrsatio, vel Vrcissino, neq; vti Sancto, neq; vti Episcopo Brixiæ, inter Italos Antistites, qui illic adfuerunt, mentionem facit: cum tamen Prothasiũ Archiepiscopũ Mediolani, Seuerum Rauennę, Lucillum Veronę, & Ianuarium Beneuenti meminerit. Quia Vrcissinus nusquam apud Scriptores (corrupto Vocabulo) vocatus fuit Vrsatius sed tantum Vrsinus, Orsinus, & Orcissinus. Et quia argumentum incorruptæ veritatis non est, Vrsatium illum fuisse Episcopum Brixianæ Sedis,

ceden-

quod ibi sic se subscripserit : cum non desint aliæ Ciuitates, vocabulo Brixia, nuncupatę. Si autem concedendum esset Vrsatium verè extitisse huius Sedis Episcopum, non tamen in loco Vrcissini ponendum esse, neque vti Sanctum patet: cum tempora, & nomina inter se discrepent; sed successiuè post illũ, & etiam postremos S. Faustini Episcopi annos ei ascribendo.

2. S. Cassianus Episcopus, & Martyr, qui celebratur die 13. Augusti vna cum Sancto Hyppolito, corona Martyrij decoratus sub Iuliano Apostata circa annum Domini 362. lectus mendosè in Martyrologio Romano, & apud Surium Episcopus Brixiæ, fuit verè Apostolus & primus Episcopus Ciuitatis Brixiænensis Comitatus Tyrolensis. (Germanicè vocata Brixen, Italicè Bressenon, Latinè Brixia Tyroli, & Brixina) Vti habet illius Episcopatus Nomenclatura Vuiguleí Hund. & eius Vita apud Ribadeneriam, & alios. Error quidem si est, inuenitur in exemplis erraticis: nam in emmendationibus, ad tollendam equiuocationem, Cassianus legitur Episcopus Brixiænensis, non Brixiensis.

3. S Zeno Episcopus Brixiæ die 15. Decembris. Ita nominatur in quodam Edicto Ioannis Delphini Episcopi Brixiani Regulationis Festorum, ad anni Ecclesiastici reordinationem Gregorij Xiij. summi Ponti-

G ficis

ficis respondente, Brixiæ impressu, & dato sub die 12. Septembris anno 1582. Miror quidem quonam iure resonare fecerint hunc Sanctum inter alios in eo Edicto, cum nulli Scriptores, nullę Tabulę, nulla monumenta de eo sint apud nos; & Ecclesia nostra Brixiana de aliquo S. Zenone suo Episcopo, vel Martyre, vel Confessore simplici, vnquam neque officium, neque festum, neque Commemorationem celebrauerit. Error certè hic est vel labentis calami, vel est impetitia Compositoris illius Edicti, quæ eò magis augetur, cum sub tali die nullum Martyrologium, vel Sanctorum Catalogus, alicuius S. Zenonis memoriam faciat. Et si hęc Ecclesia hunc Sanctum pro suo agnouisset; talem profectò ac tantum sui ipsius splendorem nunquam ommisisset.

4. S. Lucanus, miraculis floridus, in quibusdam monimentis mihi à quodam Antiquario Regij Lepidi delatis, Episcopus Brixiæ dicitur, sedente Papa Cælestino Primo, qui Sedit ab anno 424. vsquè ad 432. Hunc tamen Ecclesia nostra Brixiana cum nullibi vnquam pro suo Episcopo registrauerit; neque Beatus Rampertus in suo Catalogo, qui vetustate omnes antecellit, scripserit; nostrum verum Episcopum asserere non auderem. Dicerem Ciuitatis Brixinæ, Præsulem, quæ à multis Auctoribus Brixia scribitur, nisi illius Series Episcopalis ommitteret. Philippus autem Ferrarius in suo nouissimo Martyrologio,

rologio, quod Romano addendum existimauit, concordans cum die Natalitio eiusdem Sancti, in dictis monimentis scripto, de eo sic meminit. Belluni (vulgò Ciuidal) in Venetia, S. Lucani Episcopi Vrbis eiusdem Protectoris. Hęc Vrbs à Septentrionis plaga, Germaniæ, ac Brixiæ (idest Brixinæ) finibus includitur, ait Abbas Vgellius in sua Italiá Sacra de Belluno agens, qui tamen in eius Præsulum Serie Lucanum minimè recenset.

5. Coltronus de Vngaria Arianam legem sequens, ab Arianis pariter Episcopus Brixiæ factus fuit, & Sancto Foelici XXX. Episcopo Catholico Brixiano anno 640. ad fidei Christianæ extirpationem, ex aduerso obiectus fuit, & iccirco vti falsus Episcopus omnino excluditur.

6. Antigius II. in contexta Historia primę Translationis Sanctorum Brixiæ Patronorum Faustini, & Iouitę factę de anno 806. à Io. Baptista Nazario scriptus est, quę vulgò dicitur facta à Sancto Antigio Episcopo. Verum cum S. Antigius vixerit in valde antea peractis sęculis, ita vt illa Translatio eidem ascribere minimè possit; popularem tamen Nazarius seqens nugacitatem, hunc II. Antigium ipse solus peruestigauit: sed perperam. Nam eidem Translationi non astitit aliquis Antigius, sed Anfrigius Beatę Memorię (corrupto vocabulo Antigius) qui ea tempestate erat in Sede. Sicuti inter cętera, marmoreum moni-

mentum ab Octauio Rubeo in eorundem Sancto-rum Patronorum Historia docet: & Brixiana Ecclesia vnum semper tantummodò Antigium cognouit. Vndè iste Antigius scriptus à Nazario iustè ab Sede Brixiana euanescit.

7. Poppo è Bauaria, qui fuit Papa Damasus II. in Annalibus Baronij primæ impressionis, & in Indice Episcoporum Brixiæ Alexandri Totti Seruitæ Episcopus Brixianus legitur: & ita etiam habet Hermannus Contractus. Error hic est, vel equiuocus: nam in Nomenclatura Ecclesiæ Brixiænensis, & in Vitis summorum Pontificum Vaticanæ Impressionis expresse is scriptus est, Episcopus Brixiænensis XXXII. Qui post duos annos illius Sedis, scilicet anno 1048. Romanus Pontifex creatus fuit. Et de hoc quidem apud nos nullum certum extat monumentum.

8. Odericus II. in quadam Serie Manuscripta Episcoporum Brixiæ incerti Auctoris, in Archiuo Canonicali reperta, quę non parum errata est, inter Brixianæ Sedis Episcopos immediatè ante Obertum Episcopum 60. nominatur. Ex hac duxisse videtur Io: Baptistam Nazarium illum suum mendosum Catalogum; quem vti legitimum, exarare fecit in Ciuitatis Registro .N. Verum cum alibi non legerim nomen huius, nisi in ijsdem Catalogis erroribus scatentibus; ideo omittendum esse putaui, vel censen-

dum esse Vdericum I. Episcopum Brixienensem, equiuoca voce Ciuitatis nominatum: vel tantummodo pro nostra Sede Brixiana fuisse electum vacua Pastore anno currente 1090.

9. Alihemannus, in quodam Henrici Tertij Imperatoris Priuilegio, Vrceis, & Iseo agri Brixiani Oppidis concesso, Locum Tenens Imperialis nominatus sub anno 1102. est verè idem Harimannus, qui equiuocè sic etiam vocatur. Temporum enim cursus in hisce nominibus concordat, vnam tantummodo veritatem ostendens.

10. Clemens quidam in supradicto Priuilegio vti Episcopus Brixiæ nominatus est: quem cum neque Scriptores, neque Tabulæ, neque aliquis Brixianæ Sedis Catalogus recenseant, pro Clemente Antipapa, ab eodemmet Imperatore contra Gregorium VII. posito, vel alium forsan Clementem, Harimanno Episcopo tunc clauum tenente, ab eodem Imperatore iniquè opposito, esse intelligendum censeo; maximè cum illic agatur de Vrceis, & Iseo Brixię oppidis in Ciuitates constitutis, vbi Episcopus Brixiæ per quatuor hinc, indè mensibus residere debere decernitur, quæ summi Pontificis tantum, atque Imperatoris sunt potestatis, & non Episcopi. Sed error iste maximè comprobatur, cum nonnulla alia inter se se dissona, atquè errata in eiusmodi Priuilegij

exem-

exemplis apud dicta oppida legerim. Cuius authenticum non inueniri, mihi illud postulanti, relatum est.

11. Iulianus. Nullum huius Nominis habet Ecclesia Brixiana Episcopum, quamuis mendosè Iacobus Maluetius, & aliqui scripserint Iulianum, & Vielmum pro Vuillanum, qui fuit verus Episcopus *Brixiæ* eodem anno 1130. quo ipsi ponunt eundem Iulianum, quem negant Capreolus, Florentinus, Abbas Vgellius, & alij periti Scriptores.

12. Vrbanus, quem aliqui asserunt consecrasse Ecclesiam Sancti Iacobi propè Castenetulum circa annum Domini 1130. nequaquam fuit Episcopus Brixiæ, neque illam Ecclesiam Vrbanus vllus consecrauit: sed Vuillanus verus Episcopus Brixianus. Sicuti ex memoria talis consecrationis constare visum fuit. Puto tamen hunc esse errorem scribentis, qui pro Vuillanus scripserit Vrbanus: nam alibi etiam dictus est Iulianus.

13. Adalricus nominatus in quodam Priuilegio Papæ Innocentij II. ad annum 1133. qui sinonimis vocibus scriptus reperitur, forsan est idem subsequens Episcopus Voldericus, vel Oldericus: vt tempora simul concurrentia penè declarant, sed sinonimè scriptus.

Olde-

14. Oidericus pariter II. nullibi, nisi in supradictis locis erroneis expressus legitur Episcopus Brixiæ, & successor Manfredi Episcopi 64. Qui cum vsurpet nonnullos annos illius Sedis, & benè currentem Seriem nostram impediat, propterea (quando esset admittendus Episcopus) potius censendus est Manfredi suffraganeus, dum (auctore Sancto Bernardo) abesset ab ouibus Vexillifer Prouincialis ad redimendam Terram illam, quam calcarunt pedes Iesu Christi Saluatoris nustri.

15. S. Constantius Brixianus, à nonnullis Constantinus, quem Arnoldus Vuion Monachus Belga in suo Opere inscripto, Lignum Vitæ, & Martyrologium Monasticum, Episcopum Brixiæ dicit, sed falsò. Nam Klendarium Brixianum, in quo eius dies festus quatannis indicantur, nec non & cæteri de eo monumenta, & Tabulę simplicem Confessorem declarant, qui Sanctitate clarere cępit anno 1150.

16. Harthmannus, de quo Baronius ad annum 1159. non fuit Episcopus Brixiænsis, sed verè Brixiænensis XXXVI. & sanctitatis gloria coronatus. Ita enim expresè habet Nomenclatura illius Episcopatus, vbi etiam præcipuus grauidarum mulierum Patronus colitur.

17. Ioannes Griphius de Lusinis Valliscamunicę in Bri-

xiana

xiana dictione, de quo aliqui asserunt; vel est idem Ioannes Flumicellus verus Brixiæ Episcopus, qui viuebat in Sede anno eodem 1182. quem eidem Griphio ascribunt: vel fuit tantum electus vel Suffraganeus: nam de eo apud scriptores nostros nullam mentionem inueni.

18. Anselmus Cumanus, cuius meminit liber Poteris *Brixię* sub anno 1191. cum occupet tempora Episcopatus Ioannis Flumicelli, qui manifestè vixit in eo ab anno 1173. vsquè ad 1197. censendus est Vicesgerens; maximè dum Flumicellus, summi Pontificis nutu, Henricum VI. Imperatorem Neapolim sequeretur: sicuti nostri scriptores memorię tradiderunt. Vel adiectio illa Cumanus non est cognomen sed deriuatiua à Cumo Ciuitate, vt in Collectis à Io: Francisco Florentino legi; cuius rei me fecit certiorem Abbas Vgellius in quinto Tomo Italiæ Sacræ, qui circa eadem tempora in Serie Cumensium Episcoporum scribit Anselmus Episcopus LI.

19. Antonius Pedrocca Brixianus. Hunc affirmant electum fuisse Episcopum Brixiæ à Papa Innocentio III. anno 1198. quam opinionem refellere non audeo, cum eo tempore Sedes esset viduata Pastore. Verum quia de eius consecratione, & ingressu ad Sedem hanc, nullum apud Ciuitatem, & eius familiam, neque apud nostros Scriptores legi monumen-

numentum ; propterea in Catalogo non computaui.

20. Gilus, vel Iesus quidam, tanto Nomini male respondens, relatus à Capreolo, & Nazario sub anno 1204. à cæteris Auctoribus reprobatur risu excipientibus illorum fabulam ; cum constet Albertum Ioanni Palatio continuò successisse : inter vtrunquè enim hunc ipsi, minus peritè, Episcopum Brixiæ constitutum fuisse tradunt.

21. Bertholdus, in quodam Priuilegio Laudensibus concessò anno 1120. nominatur vti Brixiæ Episcopus. Attamen non fuit huius Sedis Antistes; sed Brixiensis XXXIII. sicuti legitur in illius Episcopatus Nomenclatura. Et nos quidem de hoc nullum habemus testimonium.

22. S. Pincininus Ordinis Humiliatorum, iam à Papa Pio V. anno 1570. suppressi, à quodam Scriptore tempora minimè indicante, Episcopus Brixiæ dicitur. Arnoldus Vuion Monachus agens in eius Ligno Vitę de Religionibus Regulam S. Patriarchæ Benedicti obseruantibus (quam & ipsi fratres Humiliati obseruabant) hunc inter alios eiusdem Ordinis minimè recenset; Et Tabulę Brixianę, vel scriptores non percurrunt. Nequè Martyrologia de eo meminerunt. Nequè Ecclesia Brixiana vnquam recognouit, nequè

venerata est, quamuis multa talis Instituti Monasteria iàm amplecteretur: Vnde in Catalogo illum prętermisi. Conijcio tamen hunc mendosè scriptum esse Pincininum pro Albuino non Brixię; sed Brixinæ Episcopo Santo, & miraculis claro, qui circa primordia illius Ordinis Humiliati vixit.

23. Laurus quidam in monimentis Consecrationis quorundam Ecclesiarum Diœcesis Brixianę, Brixianus Episcopus expressus; cum à nullis Scriptoribus, neque in Antistitum Brixiæ Catalogis, nequè in Tabulis, vel libris Publicis pateat nominatus: iccirco extra seriem ordinatam reponitur. Vnde vel suffraganeum Brixię, vel Brixianum Ciuem alibi Episcopum, sic per errorem scriptum, non sine probabili ratione censeo.

24. Azzo Turrianus; sic à nonnullis scriptus Episcopus Brixię ad annum 1248. Verum proprius, & verius Turbiatus Cognominatus est à scriptoribus Patrię, quorum ipse Conciuis fuit. In cuius familię laudem habemus egregium Octauij Rossij Elogium, in quo & iste nominatur. Vnde cum facilis sit lapsus calami, puto corruptè scribi Turrianum prò Turbiatum: nisi fortè fuerit alter Azzo, Cognomento Turrianus & sub alijs temporibus, qui vel suffraganeè, vel propriè fulserit in hac Sede; de quo adhuc perspicuè constare non cognoui.

 Notin-

25. Notingus, vel Nothergius tempore Stephani Papæ ad annum 1260. adnotatur in Indice Achillis Pontecaralis, aliàs Ciuitatis Brixiæ Cancellarij. Verum non comprobatur is auctoritate Scriptorum, nequè de eo aliqua monimenta habemus: sed nequè dicto tempore aliquis Stephanus erat in Papali Sede, quam verè possidebat Alexander Quartus: Ergo Notingus iste omninò euanescit.

26. Dominicus ex Dominicana familia, cuius meminit Ambrosius Taegius in suis monimentis manuscriptis anno 1300. Sed Brixiana Ecclesia suum Pastorem hucusquè non nouit. Vnde potius suffraganeum Berardi Maggij, ætate tunc temporis decrescentis, dicerem.

27. Pasqualis, quem Bernardinus Corius in sua Historia Mediolani vult, vt (huius Sedis Episcopus) Mediolani interfuisse Coronationi Ludouici Bauari Imperatoris anno 1327. quod placet quoquè Nazario nostro. Sed tamen non comprobatur hunc fuisse Episcopum Brixianum: Nam Camillus Maggius libro de Rebus Patriæ asserit, fuisse Regij Lepidi Episcopum, & Abbas Vgellius Aretij, qui etiam Tiberio Turriano tunc Brixiæ vero Episcopo tribuit assistentiam tantę Solemnitati, quam falsò aliqui etiam ex nostris scriptoribus, Federico Maggio adscribunt vti Episcopo Brixiæ, cum tamen tunc temporis non esse inter

viuos pateat ex Tabulis Ecclesiæ Placentinę, & ex Regesto Vaticano, ab Abbate Vgellio citato. Vndè Pasqualis extra Catalogum rationabiliter ponitur.

28 Zensius, in quodam incerti Auctoris Elencho Manuscripto Principum illorũ, qui in Brixiam dominati sunt, seriem minus peritam indicante, in capiteque cuiusdam libri Statutorum Ciuitatis conscripto, & in armario Aulæ Concilij existentis, inter Antistites Principesq; Brixianos connumeratus est; cui temporalem Dominationem per annos duos, menses nouem tribuitur post Masthinum Schaligerum Veronensem, qui hanc quoque Ciuitatem rexit ab anno 1335. vsquè ad 1337. cui imediatè successit Azzo Vicecomes Mediolani Dominus. Quantum vero huius Zensij memoria à veritate distet, ratio, scriptorumque auctoritas docet. In septem enim Episcoporum Brixię Indicibus cùm ab antiquis, tùm à recentibus Auctoribus conscriptis, quos hinc indè collegimus, nunquam nomen huius inter Episcopos, sed nequè inter Principes comperi resonare, quod reticent etiam nostri sex Auctores, qui Brixiæ gesta historicè narrarunt, qui sunt Iacobus Maluetius, Helias Capreolus, Camillus Maggius, Io: Baptista Nazarius, Aschanius Martinengus Abbas, & Octauius de Rossis: nequè etiam à Ferdinando Vgellio Abbate Cisterciense, qui Chronologias Episcopatuum omnis Italię nouissimè multis Voluminibus, sub Italiæ Sacræ Titulo, com-

plexus est. Quapropter somnium potius, quàm veritatis vestigium, Zensium hunc fuisse Episcopum, & Principem Brixię esse censeo. Hoc ex mendis multis, quibus Elenchus ille exuberat magis comprobatur. Cęteris namquè omissis, hic in medium afferam de Berardo Maggio, quem ad Patriæ Principatum anno 1344. euectum fuisse, & per quatuor annos, menses octo dominatum fuisse refert, qui tamen trigintasex iàm annis ad sęcula futura peruerat. Lucidè namque constat anno 1275. ad Episcopatum, & anno 1298. ad Principatum etiam sublimatum fuisse, in eoque decubuisse anno 1308.

Quisquis auctor tàm mendosi elenchi, quamuis in eo ordinando minus peritus fuit, tamen in demandando illum Publico illo libro; vt facillimè illius auctoritate in veritatem mendacia verterentur, & errata libri publici fide, contra veritatem certarent, vafer dignoscitur. His, simillibusquè monimentis ducti falluntur quandoquè Scriptores in nimis credendo faciles, qui tempora, resque ipsas non examinando; incautè de papiro sumpta, in chartam scribunt quæ apud peritos non consonant veritati. Contigit hoc nonnullis iàm ex nostris, potissimè de Episcopis huius Sedis vana, & minus probabilia commemorantibus, qui alijs etiam vana loquendi materiam præbuerunt dilatando errores. Tandem non negarem Zensium hunc in Dominio Ciuitatis Brixię Vicegerentem illius Masthini de Schala extitisse (quamuis

adhuc mihi non constet) qui à *Brixianis* expulsus fuit anno 1337.

29. Luaghinus, in eodem mendoso Elencho, Zensij in Episcopatu, & in Principatu successor scriptus est, annos 6. menses 5. temporalis Dominij eidem tribuendo. Quod cum alibi minimè memoriæ commendatum legerim, & Elenchus ille ob multa errata sit negligendus, iccirco Luaghinum hunc, eàdem censura qua Zensium ipsum, damnare non timerem. Illis tamen sub temporibus Luchinum Vicecomitem Principem Mediolani ab anno 1340. vsquè ad 1349. & deinde etiam *Brixiæ* ab anno 1344. (non tamen Episcopum) cum inuenerim, de facili Auctor ille minus accuratus, Luaghinum pro Luchino scribere potuit.

30. Berardus Maggius Secondus Brixianus, in eodem folio ab eodem ignoto Auctore Episcopus Princesque Patriæ relatus est, cuius imperium successiuè post Ioanem Archiepiscopum, Principemq; Mediolani (ab anno 1349. locum Brixiæ quoque Luchini eius fratris premortui, vsque ad 1354. tenentem) per annos 24. men. 10 habuisse asseritur, cum tamen Barnabò Vicecomitem successisse certum sit. Verum scriptoribus, scripturisq; omni qua libuit diligentia peruolutis, & precipuè Domus Maggiæ, eius quoque frondosa Arbore Gentilitia considerata, nullibi vnquam hunc II.

Be-

Berardum Episcopum, & Patriæ Principem cum non reperiatur, nisi mendosè scriptum in quadam Chronicheta Brixiana sub anno 1344. Luchini tempora falsò ei tribuendo: & cum perspicuè pateat nullum alium Berardum Maggium ad Episcopatum, vel Principatum elatum fuisse, nisi supra memoratum, & descriptum in primo Catalogo numero 75. qui Episcopatum ad 33. annos, & Principatum ad X. potitus fuit; cumque etiam in hac parte Elenchus ille fallax, mendaxque appareat: propterea ab ipso libro publico (vti tanto indignus honore) delendus est.

31. Otho dictus Venerabilis. Hunc à Barnabò Vicecomite Duce Mediolani, & Brixiæ Domino ad hanc Sedem Brixianam anno 1356. destinatum fuisse aliqui tradunt; de quo tamen nostri Scriptores nullam memoriam fecerunt. Sed cum is nequè ad Consecrationem, minus verò ad Sedem peruenerit; ideo non numeratur inter Episcopos Brixianos.

32. Petrus Philardus, qui fuit Alexander Papa V. huius nominis, ex Minoritana Religione, inter varias Sedes, quas successiuè meritò assecutus fuit, etiam Brixiana à Carolo Basilicapetri in sua Nouaria numeratur, in qua sedisse asserit ab anno 1359. vsquè ad 1372. Attamen fidem hoc non facit; cum in eius Vita apud Platinã, & alios non vt talis sit memoratus: & cum in eius sepulchrali Epitaphio fiat de alijs sedibus

bus à se retentis mentio, & Brixiana taceatur: atquè illa tempora à Raimundo Blanco, & Henrico Sessa veris Brixiæ Episcopis possiderentur.

33. Lambertinus è zeccha Bononiensis, qui esset II. huius nominis, & ambo eiusdem Patriæ. De hoc vti Brixiano Episcopo agit Antonius Musinus in sua Bononia perlustrata sub anno 1390. Abbas Vgellius in eius Sacra Italia vnum tantum fuisse Lambertinum Brixianæ Ecclesiæ Episcopum concludit, vni, scilicet primo, qui vixit in Sede ad annum 1344. proprietates vtriusquè tribuendo, dicens. Lambertinus Balduinus de Zeccha, aliàs de nobili familia de Lambertinis Bononiensis. Et cum omnes nostræ Brixianæ Sedis Indices legerim, nullibi tamen hunc II. Lambertinum scriptum inueni, quem Brixiæ potius Prætorem, quàm Præsulem censeo. Verùm de primo verè Episcopo nostro habemus momimenta, & in Cathedrali nobile marmoreum monumentum.

34. Balthasar Messorius. Cum Giulielmus Pusterula Clericus Mediolanensis anno sui ortus XIX. à Bonifacio IX. ob suas egregias dotes legibus omnibus solutus, anno 1399. ad Sedem Brixianam euectum fuisset, & sedere ei non permitteretur, obicijentibus Vicecomitibus, & deinde Malatesta Ciuitatis Dominis. Dumque Sedes hæc sic vexaretur, & Scisma XXIII. in Ecclesia Dei pro summa Sede Romana grassaretur;

fateretur; Benedictus Pontifex Scismaticus ad hunc Episcopatum delegit Balthassarum hunc sui fautorem; Quem deindè generale Concilium Constantiæ omni iure Episcopali priuauit, simulque eundem Benedictum deposuit anno 1414. Et ideò vti illegitimum Episcopum extra seriem legitimam eijcio.

35. Pandulphus Malatesta Ariminensis, germanus frater Caroli Principis eiusdem Ciuitatis, & Ioannis Mariæ Ducis Mediolani militiæ Dux Generalis, qui ab anno 1404. vsquè ad 1421. Brixię Dominium sibi arrogauit, nequaquam Brixię Antistes fuit, tametsi asserat Rafael Adimatus in Arimini Historia; nequè Clericatum professus est. Verum ille, qui scriptus est Episcopus Brixię, fuit alius Pandulphus eiusdem familiæ, & eiusdem Patrię, Bononiæ antea Archidiaconus, Quem pro Giulielmo Pusterula ad hanc Sedem misit Martinus Papa III. à nonnullis dictus V. deposito iam in Concilio Constantiæ Balthassaro Episcopo Scismatico supradicto; & quem in Catalogo scripsi pro legitimo Brixiæ Antistite, & Giulielmi successore.

36. Philippus quidam in eadem Arimini Historia scriptus est Pandulphi successor in Sede Brixiana: tamen hunc minimè nominatum inueni in Catalogis nostris, neque relatus in Tabulis, nequè à Scriptoribus, qui Brixianam Historiam tractarunt. Sed verum

Pandulphi successorem legi Franciscum Marerium Romanum, quem suo loco in Catalogo descripsi. Vnde Philippus, vel omnino seponendus est, vel Vicesgerens solummodo existimandus.

37. Ioannes Nauius, de Asula Brixiensi, Canonicus atquè Sanctę Agathæ Prępositus, & aliàs Vicarius Generalis; laudante populo Brixiano, & commendante Dominio Veneto, cui iam anno 1426. hæc Ciuitas spontè se dederat, electus fuit à Capitulo, & Clero (iuxta tunc solitam consuetudinem) successurus loco Francisci Mererij, Sedem huius Episcopatus resignantis. Sed cum super ipsum non ceciderit sors Pontificia, non propterea connumeraui cum alijs Episcopis Brixianis.

38. Albertus Ordinis Prædicatorum, relatus Episcopus Brixiæ à Sthephano Sampaio in eius Stemmate sub anno 1457. Is vel fuit tantum electus ad hanc Sedem, vel tantum Vicesgerens. Nam nequè libri Publici, nequè Scriptores nostri aliquid de eo memoriæ tradiderunt.

39. Nicolaus de Chusa Cardinalis tituli S. Ceciliæ. Quamuis Sixtus Senensis in eius Sacra Bibliotheca ad annum 1460. scribat hunc Episcopum Brixiæ: tamen omnino constat ex Chiacconio de Cardinalibus, ex Belarmino de Scriptoribus Ecclesiasticis, &

ex

ex Viris Summorum Pontificum Vaticanæ impressionis, fuisse verum Episcopum Brixienensem LXVII. sicuti docet Series Episcoporum illius Ciuitatis.

40. Bernardus Marcellus Venetus, Abbas Sancti Faustini Maioris Brixiæ. Vacante hac Sede per obitum Bartholomæi Maripetri anno 1464. fuit à Capitulo, & Clero Brixiano (secundum veterem stylum) electus Ciuitatis Episcopus anno eodem. Sed sicut habent libri Publici, neque Consecrationem, neque Sedem apud Summum Pontificem assecutus est.

41. Bartholomæus Aueroldus Brixianus, Abbas Ordinis S. Benedicti in Oppido Leonensi, anno 1474. cum inanis rumor exierit de mentita morte Dominici de Dominicis Romæ demorantis, à Capitulo, & Clero fuit in Episcopum Brixiæ, sed frustra, delectus. Verum postea Spalatensem Archiepiscopatum habuit, vti legimus in libris Publicis.

42. Christophorus quidam, vt Episcopus Brixię, inuenitur scriptus in Catalogo Io: Baptistę Nazarij: sed minimè apud rerum Brixianarum Scriptores. Tabulę, & cęteri Catalogi de eo mentionem non habent. Hinc censeo hunc esse vel Christophorum primum huius nominis Brixinę non Brixiæ Episcopum sub anno 1510. equiuocè à Nazario recensitum; Vel Christophorum Mangiauinum Patria Brixianum,

 Epis-

Episcopum Volignani, qui ijsdem temporibus viuebat, ab eodem Auctore Brixianum Antistitem interpretatum; cum tantummodo fuerit suffraganeum Pauli Zane Antistitis Brixiani.

43. Philippus alter in aliquibus scripturis memoratus, certè non fuit Brixiænsis Episcopus, sed Naxiensis. Fuisse tamen suffraganeum, & Locumtenentem Episcopi Pauli Zane, qui vixit in Brixiano Episcopatu ab anno 1481. vsquè ad 1531. satis apud nos constat.

44. Bernardus Vicecomes Mediolanensis, mortuo Cardinali Durante Episcopo, ad Brixianum Episcopatum, sedula parentum instantia, designatus fuit. Tantum pondus, tantumque opus ipse aufugens, honoresquè spernens; vt solam animę salutem inueniret, ad Capucinorum arctam Religionem, veluti ad arcem salutis insperatò pertransijt. Is ex mera humilitate laicus factus, mirabilis obseruantiæ specimen dedit. Demum in Monasterio apud Abbatiam Sanctorum Geruasij, & Prothasij propè Brixiam ad vnum milliarium, relicta post se magni humilis laude, anno 1565. vitam posuit. Cujus meminit Historia Religionis Capuccinæ Zacharię Boerij sub eodem anno.

Aloy-

45. Aloysius Cornelius Venetus Cardinalis tituli S. Marci, quem Publius Fontana Brixianus in Apparatu impresso, vndiquè solemnissimo ad Brixię ingressum Io: Francisci Cardinalis Mauroceni Episcopi nostri; huiusce Ciuitatis Episcopum, sed non benè, notauit. Fuit quidem Bergomi non Brixiæ Episcopus, creatus à Papa Pio IV. anno 1560. qui sequenti anno Federicum nepotem Episcopum Targuricensem sibi in sua Sede suffecit; atquè postea anno scilicet 1577. ad Patauinum Episcopatum transeuntem vidit. Is à Papa Sixto V. Purpura, quam Aloysius anno 1584. ob mortem exuerat, indutus est. Ita Abbas Vgellius in 4. Tomo, alijquè Scriptores.

Ad

Ad omnium notitiam hic exhibentur

Priuilegium Federici Tertij Imperatoris.

Dominico de Dominicis, eiusq; Successoribus

IN EPISCOPATV BRIXIÆ,

Elargitum,

Quo Confirmauit, denoquè Concessit

TITVLOS

Ducis, Marchionis, ac Comitis.

Cuius Autenticum Exemplar

Extat in Archiuo Cancellariæ Episcopalis.

In Nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Fæliciter. Amen.

FEDERICVS, Diuina fauente Clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariç, Dalmariç, Croatiæ &c. Rex, ac Austriç, Stiriç Kirintiç Dux; Dominus Marchiæ, Sclauonicç, ac Portus Naonis; Comes in Habspurgh Tirolis Pherretis; & in Kiburg Marchio

Bur-

Burgoniæ, & Lantgrauius Alſatię. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore pręſentium vniuerſis.

Etſi inter varias Reipublicę curas, quibus pro debito Imperialis culminis, ad quod Diuina procurante clementia euecti ſumus, quotidiana ſolicitudine pro quiete, & ſalute ſubditorum inuigilamus, innumeris diſtrahamur negotijs; ad illud tamen, quantum nobis ex alto conceſſum eſt, munificentię, & liberalitatis noſtrę ſtudium pręcipuè conuertimus, & ſedulum deſtinamus affectum, qualiter venerandas Dei, & Sanctorum eius Baſilicas, & Eccleſias, nec non perſonas Eccleſiaſticas cęleſti Imperatoris mancipatas obſequijs, in ſuis Dignitatibus, Honoribus, Iuribus, Priuilegijs, Libertatibus, & Gratijs conſeruemus, & ab indebitis moleſtijs, & iniurijs tueamur, eorumque primięuas Inſtitutiones munimine clementię Noſtrę roboremus, & congruis proſequamur fauoribus.

Sanè accedens noſtrę Imperialis Maieſtatis pręſentiam Venerabilis Dominicus Epiſcopus Brixięnſis, Dux Valliſcamunicæ, Marchio Riperię Occidentalis Lacus Benaci, ſeu Gardę, Comes Bagnoli, Princeps, Conſiliarius, ac Orator noſter in Romana Curia deuotus, dilectus, Nobis expoſuit. Qualiter quondam Prædeceſſores in ſui Epiſcopatu Brixięnſis Eccleſię, Duces Valliſcamunicę, Marchiones Riperię Occidentalis Lacus Benaci, & Comites Oppidi Bagnoli

gnoli ab antiquo extiterint; eosdemquè Ducatum, Marchionatum, & Comitatum, & eorum districtus, & Iurisdictiones cum suis pertinentijs aliquandiù tenuerint, & possederint, & eorum Titulis, Dignitatibus, & Honoribus in suis literis vsi fuissent; quorum possessio iurisdictionis, & dominium licet successu temporis ad alios peruenerit: tamen adhuc in eisdem locis Ecclesia, & Episcopus Brixiænsis multas possessiones, ac multa iura infeudandi vsquè in hodiernam diem retineant; & ab hominibus illorum locorum nobilibus, ciuibus, & plebeis Brixiænsibus, publicè, & in literis, ac Instrumentis, Dux, Marchio, & Comes apelletur. Episcopique qui pro tempore fuerint, à tempore, cuius in contrarium memoria hominum non existat, in Instrumentis infeudationum, in locationibus annualibus emphiteoticis, ac in Beneficiorum collationibus, ac alijs, Duces, Marchiones, & Comites eorundem locorum vocentur. Maiestatique Nostræ Cesareæ humiliter supplicauit; vt Ecclesię suæ, pro se, & Successoribus suis, easdem Dignitates, & Honores, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, Iurisdictiones, & possessiones, ac eorum titulos; nec non Priuilegia, Libertates, Gratias, Prærogatiuas, Iura, Immunitates, Præeminentias, Antiquas Consuetudines, & Obseruantias, de benignitatis nostræ clementia Approbare, Innouare, Ratificare, Confirmare, ac denuò Concedere gratiose dignaremur.

Nos

Nos itaquè etsi pro debito Imperialis officij nostri, & innatæ nobis clementiæ, subiectiorum, & præsertim Ecclesiarum, ac Ecclesiasticorum commodis, & incremento libentius intendamus, & eorum annuamus præcibus: Attendentes tamen curam, & prudentiam prædicti Dominici Brixiansis Episcopi, qui iam plerisquè annis in Romana Curia apud quamplures Summos Pontifices, & Reuerendissimorum D.D.Cardinalium Collegium in nostris obsequijs se sedulum, & indefessum pro Nobis exhibuit; ac nostra, & Sacri Romani Imperij negotia solerti studio, ac iugi solicitudine, accuratè, & sapienter promouit, & direxit, & promouere, ac dirigere pro sua singulari sapientia, ac industria non cessat; tanto sibi, & Ecclesiæ suę Brixiænsi ad gratiam sumus liberaliores, & ipsius pręcibus benignius inclinamur, quanto illius benemerita in nos, & Sacrum Romanum Imperium dignoscuntur esse maiora, & eius beneficia nobis gratiosora existunt,

Pensatisquè eius immotæ fidei constantia, sincerequè deuotionis affectu, non per errorem, aut improuidè: sed animo deliberato, sanoque Principum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Fidelium nostrorum accedente consiglio; auctoritate Romana Imperiali; de certa nostra scientia, præfatum Dominicum Episcopum Brixiænsem, & eius familiam in Nostram, & Sacri Romani Imperij protectionem, tuitionem, & saluiguardiam recepimus, recipimusquè.

què. Dictosquè Ducatum, Marchionatum, Comitatum, Iurisdictiones, Possessiones, & eorum Titulos, Dignitates, & Honores: nec non literas, iura omnia, & præsertim infeudandi, & census responsiones emphiteoticas, Libertates, Priuilegia, Præeminentias, Gratias, Immunitates, Prærogatiuas, Consuetudines, & antiquas obseruantias dictæ Brixiænsis Ecclesię, quibus hactenus vsa est, & quomodolibet vti consueuit; sibi à Summis Pontificibus, & à Prędecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac quibuscunquè alijs, tàm ab Ecclesiasticis, quàm à Secularibus qualitercunque datas, & concessas; seu data, & concessa, cum omnibus Iuribus, Honoribus, Punctis, Clausulis, Articulis, & Tenoribus suis de verbo, ad verbum, pro vt scripta, seu scriptę, & ab antiquo vsi sunt; etiamsi de his iure, vel consuetudine mentio fieri deberet specialis, quorum tenores hic pro expressis, & insertis haberi volumus: Auctoritate, & scientia prędictis Approbauimus, Innouauimus, Ratificauimus, Confirmauimus, & de nouo Concessimus; Et pręsentibus Approbamus, Innouamus, Ratificamus, Confirmamus, & gratiosius de nouo Concedimus.

Decernentes, & hoc Imperiali volentes Edicto, ea, & eas futuris perpetuis temporibus plenam roboris firmitatem inuiolabiliter obtinere. Pręfatumquè Dominicum Episcopum Brixięnsem, & suos successores Brixięnsis Ecclesię Episcopos pro Ducibus, Marchio-

nibus,

nibus, & Comitibus haberi, & prędictorum Ducatus, Marchionatus, & Comitatus Titulis, Dignitatibus, Honoribus, & Nuncupationibus: nec non Iurisdictionibus, Possessionibus, & alijs iuribus, & pręeminentijs quibuscunque, qualitercunque ad Ecclesiam Brixięnsem de iure, vel consuetudine spectantibus (sine tamen pręiudicio quorumcunque legitimè possidentium) quouis impedimento cessante, liberè vti, frui, & gaudere posse, & debere; quemadmodum alij Duces, Marchiones, & Comites gaudent, & vtuntur: & etiam Prędecessores Episcopi Ecclesię Brixięnsis quomodolibet vsi, & gausi sunt consuetudine, vel de iure: non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, quibus de plenitudine Romanę Cesareę potestatis, per præsentes expressè volumus esse derogatum.

Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc nostræ receptionis, Approbationis, Innouationis, Ratificationis, Confirmationis, Concessionis, Decreti, Voluntatis, & Derogationis paginam infringere, aut ei ausu temerario quoquo modo contraire. Si quis autem hoc attemptare pręsumpserit, indignationem nostram grauissimam, & pœnam centum librarum auri puri, quarum vnam Fisco nostro Imperiali; reliquam verò medietatem iniuriam passorum vsibus applicari volumus, se nouerit irremissibiliter incursurum. Pręsentium sub nostræ Imperialis Maiestatis Sigilli appensione, testimonio literarum.

 Datum

Datum in Oppido noſtro krembs Patauienſis Diæceſis, die Quartadecima Menſis Septembris, Anno Domini Milleſimo Quadrigenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Regnorum noſtrorum Triceſimo octauo, Romani Imperij viceſimo ſexto, Hungariæ vero decimo nono.

Ad Mandatum Domini Imperatotis regiſtrauit Ioannes. Vualdrier Protonotarius.

Lucas Sintzer.

Finis Primi Catalogi.

CARDINALIVM
AC EPISCOPORVM
In Alienis Sędibus
BRIXIÆNSIVM
Catalogus Secundus.



BRIXIÆ, M. DCLVIII.
Apud Antonium Ricciardum.
Superiorum Permiſsu.

CARDINALIVM
AC EPISCOPORVM
In Alienis Sedibus
BRIXIANORVM
Catalogus Secundus.

BRIXIÆ. M. DCLVIII.
Apud Antonium Ricciardum.
Superiorum Permissu

Sanctę Romanę Ecclesię
CARDINALIVM,
Antistitumquè Brixiani Generis
Extra Sedem *Brixiæ*
Vsquè ad labentem Annum
M. DC LVIII.
Catalogum Chronologicum
Præclaris valdè, ac Reuerendissimis D.D.
Dignitarijs, Canonicisq; Ecclesiæ
Cathedralis Brixiæ
De Almi sui Episcopi
Eminentiss. & Reuerendiss D.D.
Cardinalis Petri Otthoboni
Amore Exultantibus
Bernardinus Faynus
In verę obseruantię documentum
D. D. D.

L

Auctor Beneuolo Lectori.

AD Ecclesiæ nostræ Brixianæ decus, Patriæque splendorem, opportunum duxi, Catalogum subsequentem superiori coaugmentare, in quo veluti in Tabula virtutis, omnes Conciues, de quibus potui monimenta habere, descriptos leges; Quorum nonnullos ad Purpuram euexerunt ornamenta virtutum, & alios extra Patriam, ad Episcopalem Dignitatem per multas Italiæ Vrbes eorum merita sublimarunt; æternam sibi, Patriæque, ac Prosapijs suis non minimam afferendo claritatem. Hunc hausi Catalogum ex ijsdemmet fontibus, è quibus superior emanauit quamuis diffusius ad multarum Brixiæ Familiarum consolationem conscriptum, à cuius regula, methodoque non longe discedendum esse censui. Omnes me non meminisse displicet; cum omnium memorias minimè adhuc potuerim inuenire. Difficillimum enim hoc est: nam quamplurimas inuidiosa consumpsit antiquitas, & mala custodia permultas alias deperijt. Verum quæ modò desiderantur, tempora forsan insequentia fructuosè parturient, atque aliquem virtutis, & Patriæ amatorem ad eorum gesta diffusè, latèque scribenda poterunt

allicere. Interim omni ſtudio incumbam vt colligam quæcunquè, ad tàm dignum Opus profutura exiſtimabo. Tù quoquè, amice Lector, Deum, Optimum, Maximum ora; vt de meo labore eidem ſoli detur honor, & gloria, à quo bona cuncta procedunt. Bene Vale.



Nomenclatura Chronologica illorum Antiſtitum, Quos Catalogus iſte complectitur.

Anni Dñi.

844	1	Sigifredus de Roſſis Epiſcopus Regij Lepidi.
1123	2	Bernardus, ſine Cognomine, Epiſcopus Veronæ.
1130	3	Ambroſius Martinengus Epiſcopus Bergomi.
....	4	Azzo de Roſſis Cardinalis Tituli S. Ceciliꝙ.
....	5	Seuerinus de Bornatis Epiſcopus Voliterni.
1146	6	Otho, ſine Cognomine, Cardinalis Tituli S. Nicolai in Carcere.
1150	7	Leonardus Aueroldus Cardinalis Tituli S. Ceciliꝙ.
1183	8	Gulielmus de Cardinalibus Archiepiſcopus Rauennꝙ.
1213	9	Henricus Confalonerius Archiepiſcopus Bononiæ.
1261	10	Albertus Prandonus Epiſcopus Placentiæ, deindè Ferrariꝙ.
....	11	Ioannes, ſine Cognomine, Epiſcopus Regij Lepidi.
1303	12	Philippus Comes de Caſalalto Epiſcopus Mantuꝙ.

Ghe-

1305 13 Gherardus Maggius Episcopus Cremonæ.

1333 14 Thomas, sine Cognomine, Episcopus Ragusiæ.

1354 15 Azzo Maggius Episcopus Taruisij.

1380 16 Maphæus, sine Cognomine, Episcopus Ragusiæ.

1383 17 Eucrardus Dominicanus Episcopus Cesenę.

1408 18 Iacobus Torsius de Lucciaghis Cardinalis Tituli S. Marię Nouę.

1460 19 Hieronymus de Bonis Episcopus Nouariæ.

.... 20 Dominicus de Bonis Archiepiscopus Pisæ.

1479 21 Gabriel Rangonius, dictus etiam de Foliatis, Cardinalis Tituli SS. Sergij, & Bacchi.

1479 22 Bartholomęus Aueroldus Archiepiscopus Spalathi.

1486 23 Bernardinus Fabbius Episcopus Felthri.

1488 24 Antonius Passera Episcopus Placentię.

1496 25 Ioannes Ducchus Episcopus Coronę.

1497 26 Althobellus Aueroldus Episcopus Polę.

1503 27 Bartholomęus de Senica Dominicanus Episcopus Iustinopolis.

1508 28 Christophorus Mangiauinus, Episcopus Volignani.

1516 26 Mathias Vgonius Episcopus Phamagusthæ

1517 30 Hadrianus Rampinus, vel de Zanbonis Episcopus Derthusę, deindè Cardinalis Tituli SS. Ioannis, & Pauli, & denique Hadrianus Papa VI.

Vber-

1528 31 Vbertus Comes de Gambara Cardinalis Tituli S. Syluestri Episcopus Derthonę.
1536 32 Petrus Durantus Episcopus Thermularum, & Datarius Apostolicus.
1538 33 Bartholomeus alter Aueroldus Episcopus Chalamonę.
1539 34 Vincentius Durantus Episcopus Thermularum, & Datarius Apostolicus.
1547 35 Isidorus Clarius Episcopus Fuligni Monachus Cassinensis.
1548 36 Cæsar Comes de Gambara Episcopus Derthonę.
1551 37 Hieronymus de Federicis Episcopus Sagonæ, deinde Marthorarę, postea Laudę Pompeę.
1552 38 Leonardus Tertius Lana Episcopus Buduę.
1555 39 Dionysius Robertus Archiepiscop. Siponthi.
1555 40 Mutius Calinus Archiepiscopus Iaderensis.
1555 41 Iulius Pauesius Archiepiscopus Surrenthi.
1561 42 Io Franciscus Comes de Gambara Cardinalis Tituli S. Marię Transtyberim Episcopus Viterbij, deindè Albę, postea Pręnesthi.
1562 43 Hyppolitus Chizzolius Canonicus Regularis Lateranensis Episcopus Thermularum.
1566 44 Aloysius Caluus Archiepiscopus Iaderensis.
1567 45 Ambrosius de Balneolo Episcopus Nerinensis.
1568 46 Aurelius Grianus Episcopus Lerrensis.

Iaco-

1584	47	Iacobus Rouelius Episcopus Feltrij.
1592	48	Maphæus Comes de Gambara Episcopus Derthonæ.
1603	49	Vincentius Arigonus Dominicanus Episcopus Sybenici.
1606	50	Aurelius Aueroldus Episcopus Castelenethæ.
1607	51	Iulius Tertius Lana Episcopus Volturaræ.
1621	52	Gregorius Pedroca Ordinis Minorum Episcopus Aquensis.
1621	53	Desiderius Scalea Dominicanus Cardinalis Episcopus Amelphi deinde, Comi.
1625	54	Michael Varolius Ordinis Minorum Conuentualium Episcopus Alzazynthi.
1626	55	Deodatus Scalea Dominicanus Episcopus Amelphi; deinde Alexandriæ.
1630	57	Sebastianus Comes de Lodrono Episcopus Gurghi.
1631	56	Carolus Scalea Congregationis S. Georgij in Alega Episcopus Triuenti.
1643	58	Franciscus Comes de Lodrono Episcopus Gurghi.
1643	59	Marcus Antonius Martinengus de Barcho Episcopus Torcelli.
1656	60	Ioannes Baptista Brixia Episcopus Vicentiæ.

CARDI-

CARDINALIVM AC EPISCOPORVM BRIXIAENSIVM

In Alienis Sædibus

Catalogus Secundus.

a SIgifredus de Rossis, ex probabili coniectura Brixianus, in Sede Regij Lepidi anno 844. electus fuit. Is zelans Diuinum honorem, illic Conciuibus suis, Patriæquè Brixianæ Patronis, ac Tutelaribus Faustino, & Iouitæ clarissimis Martyribus, apud Ruberiam Oppidum Ecclesiam erexit Archipresbyteralem, quam opiparè dotauit. Intra Ciuitatem verò S. Michaeli Archangelo totius Ecclesiæ Dei Protectori Maximo vnam, alteramque Sancto Vitali Martyri dicauit. Extra moenia quoque Sancto Peregrino Regis Scothiæ Filio Oratorium construxit. Romæ interfuit Coronationi Ludouici,

Lotharij Imperatoris filij, in Regem Insubriæ apud Sanctum Petrum peractę. Finem Sigifredi omitto, cum scriptum non viderim.

2 Bernardus Brixianus Veronæ cæpit clarere Episcopali dignitate anno Domini 1123. Cumquè illam Ecclesiam maxima virtute annis XII. rexisset, labilem vitam ad immortalitatem transmisit anno 1135. Sedente Benedicto IX. & Imperante Conrado II. in Oriente, & Michaele IV. in Occidente: sed eius sepulchrum adhuc nescio.

3 Ambrosius Martinengus Brixianus, Bergomi etiam Ciuis, & Episcopus anno 1130. Conradi II. & Henrici III. intima familiaritate floruit, qua sibi, & in Episcopatu successoribus Dominium illius Ciuitatis obtinuit. Concilijs Romano, & Papiensi sub Leone Papa IX. adfuit, atquè in suæ Ecclesiæ administratione annis XXXX. mira prudentia, & laudabili solecitudine consumptis obijt; Sedente Alexandro II. & Imperantibus Henrico IV. in Occidente, & Romano Diogene in Oriente, & ibidem sepultus iacet.

4 Azzo de Rossis Brixianus ab Innocentio Papa II. qui Sedit ab anno 1130. vsq; ad 1143. sacra Purpura apud Claramontem Ciuitatem Galliæ coram S. Bernardo decoratus fuit, & titulum S. Anastasię obtinuit. Vti Cardinalis, cuidam Priuilegio à Lothario Imperatore

ratore celebri, Regioquè Monasterio Sanctę Iuliæ concesso, se subscripsit. Brixia demum hunc sepeliuit in iàm Ecclesia Sancti Ioannis Baptistę: commune Brixię Baptistorium; sed tempus non cognoui.

5 Seuerinus ex Nobili, & antiquę Brixianę Familię de Bornatis Stipite ortus; antequam Eugenius III. Papa, qui ad Apostolicum Thronum anno 1145. subuectus fuit, Veliternam Sedem Ostiensi Tiberinæ vniret, Veliternosq; Ciues Ostiensi Episcopo regendos adiungeret; illic Episcopus extitit. Hunc Seuerinum in Catalogo Episcopalis Veliternę, ab Abbate Ferdinando Vgellio in primo eius Sacræ Italię Tomo relato (quia habet deficientem Seriem) non inueni: de cuius deficientia sic idem Abbas affatur. Episcoporum autem Veliternensium, vsquè ad vnionem cum Ostiensi ideo paucos contigit reperiri, quod illos vorasset inuidiosa vetustas. Huius nomen cum Insignijs Episcopalibus imminentibus in ampla eiusdem Familiæ Bornatę Arbore, & inter antiquos eiusdem Proceres (omisso tempore) numeratum inueni. Cuius cętera sunt in silentio.

6 Otho de Brixia, omnium scientiarum Magister, virtutum excellentia ab Eugenio Papa III. Cardinalis creatus est sub Titulo Sancti Nicolai in Carcere, vel in VeloAureo, anno 1146. Pro pace inter Longobardos concilianda Legatus Lateralis ab Adriano IV. missus fuit. Interfuit Creationibus Anastasij IV.

Adriani eiuſdem, Alexandri III. ſummorum Pontificum. Anno elapſo 1160. petijt æternitatem, Sedente Alexandro III. & Imperante Federico vocato Barbaroſſa. Verum locus ſepulchri non patet.

7 Leonardus Aueroldus Brixianus, quia Papiæ ortus, & educatus Papienſis dictus, inter Cardinales ſub Titulo S. Ceciliæ cooptatus, foeliciter viuebat circa annum 1150. Huius effigiem habet inter ſuos Heroes Aueroldа nobiliſſima Domus, quam ſuis Conſanguineis reliquit Aurelius Aueroldus Brixiæ Patritius, & iàm Epiſcopus Caſtelanetenſis, apud quem ego ipſe perſæpè eandem vidi, & obſeruaui. Cætera prætereo; quia nullum aliud de Leonardo inueni monumentum.

8 Gulielmus de Cardinalibus Brixianus, cum eſſet Rauennę Archiepiſcopus (vti placet Iacobo Maluetio) vna cum Oprando Martinengo eius Conciue, apud Federicum Imperatorem (Barbaroſſam vocant) multum pro pace inter eundem Federicum, & Longobardos cum laborauerit: demum anno 1183. menſe Iulio, pleno omnium gaudio, illam obtinuit. Et de eo nihil aliud legi.

9 Henricus Conſalonerius, Brixianus (minus peritè dictus Conſolimeus Bononienſis à Fiata) ex Canonico Regulari, Archiepiſcopus Bononiæ euaſit anno 1213. Sanctos Franciſcum, & Dominicum in ea Ciuitate

uitate excepit, quorum consuetudine plurimum fruitus est. Ibidem vna cum Alberto Brixiæ Episcopo eiusdem S. Dominici funus fecit. Multa vero pro sua Sede constanter perpessus, & multis egregiè functus, dormiuit in pace anno 1240. Sedente Gregorio IX. & Imperantibus Federico II. in Occidente, & Balduino II. in Oriente; & ibi in Sancti Victoris Ecclesia sepulchro consignatus est.

10 Albertus Prandonus Brixianus (Beatæ recordationis) vir insignis sapientię, Placentinę Sedi pręfuit ab anno 1243. vsquè ab 1291. Qui Federicum II. Imperatorem Sanctæ Ecclesię hostem scriptis vexauit. Ab Vrbano IV. translatus ad Ferrariensem, singulari pietate, ac insigni sanctitate eam vsquè ad annum 1274. cum rexisset, ad Dominum euolauit; miraculis tùm viuus, tùm mortuus illustris, & in Sancti Georgij Basilica honorifico datus est tumulo, Sedente Gregorio X. Et Imperantibus in Occidente Rodulpho I. & in Oriente Michaele Palęologo. Cuius non mediocri Reliquia gaudent Brixię Patres Oratorij S. Philippi Nerij sectatores, fauore Valeriani Scalę Abbatis Generalis Oliuetanæ Religionis illis concessa.

11 Ioannes Brixianus electus fuit Episcopus Regij Lepidi circa eadem tempora. De quo Thadeus Solatius Brixiæ Ciuis, & Patrię rerum memorabilium Collector, in Epistola ad Martinum de Correg o, de lau-

dibus

dibus Ciuitatis illius, sic affatur. Gloriatur etiam de Ioanne Brixiano Pastore, qui deinde singulari doctrina, ac sanctimonia Patriarcha Antiochenus declaratus est. Cęterea pręteréo, cum de eo nullam aliam mentionem inuenerim apud Scriptores.

12 Philippus Brixianus, ex iàm extinctis Comitibus de Casaloldo, Canonicus Brixiæ, ad Mantuani Episcopatus solium euectus est anno 1303. Cumquè ad nonnulla expedienda negotia Brixiam venisset, febri vehementi exagitatus, eodem labente anno hic seipsum reliquit, & apud Patres Dominicanos sepelitur. Sedente Benedicto X. & Imperantibus Alberto in Occidente, & Andronicò in Oriente.

13 Gherardus Maggius Patritius Brixianus, Berardi Maggij Præsulis, ac Principis Brixiæ consanguineus, anno 1305. in Cremonensi Cathedra sedere iussus est. Ossa Sancti Arealdi sub Alachisio Longobardorum Rege, Brixiæ martyrio coronati circa annum 575. à Brixianis lubentibus obtinuit, quę Cremonam in Ecclesia tunc eius Nomini in vico Omnium Sanctorum dicata, transtulit. Posteaquè hæc eadem, in diuersis temporibus illinc aliò, & allibi delata fuerunt. Tribus iste solummodo annis suam cum administrasset Ecclesiam, obijt diem suum anno 1308. & apud Predecessores sepultus est, sedente Clemente V. & Imperante Alberto Austriaco in Occidente, & Otthomano in Orientali Imperio sęuiente. Tho-

14 Thomas Brixianus Archiepiſcopus Epidauri (vulgò Raguſę) quę Ciuitas in Sclauonia ad litora ſuperiora maris Adriatici ſita eſt à Gręcis dicitur Lauſa in Regno Dalmatię. De eo cętera ſilentio obuoluò , cum Nomen eius in notis Hiſtorię Raguſienſis tantummodo inuenerim regiſtratum.

15 Azzo Brixianus , ex Maggiorum progenie , Canonicus Patauinę Eccleſiæ, Taruiſinam Sedem habuit anno 1354. Quam , quatuor poſt annis tranſiens de hoc ſæculo, vacuam Paſtore reliquit, Sedente Innocentio VI. & Imperantibus Carolo IV. in Occidente, & Carolo Ioanne in Oriente. Et in ſua Eccleſia humatur.

16 Maphęus Brixianus apud lacum Benacum in Riperia Brixiana ortus , Archiepiſcopatum Epidaurum (vulgò Raguſienſem) in Dalmatię Regno agebat anno 1380. vt eſt videre in Tabula Petri Lucharij ad Calcem Hiſtorię Raguſienſis, vbi de Mapheo nil aliud habetur.

17 Euerardus Brixianus, Prędicatorum Ordinis alumnus, inter Cęſenatenſes Epiſcopos repoſitus fuit anno 1383. Iſte prudentia, doctrinaquè plurimum valuit; & cum in eodem Epiſcopatu annis multis ſolerter, & religiosè pręfuiſſet , debitum mortalitatis exoluit ; ſed quo tempore, quuè loco terrę traditum fuerit, in notis non eſt exaratum. Iaco-

18 Iacobus Torſius Lucciagbus Vtini ortus (vulgò Vdine) à Gregorio XII. S. R. E. Diaconus Cardinalis Tituli Sanctę Mariæ Nouę creatus, ex peruetuſta, egregiaquè Lucciagorum familia Brixiana, quę ab annis ſupra trecentis illic germinare cępit, deriuatus eſt. Virum valde religioſum, & pium apellat Diuus Antoninus in tertia parte Hiſtoriarum. Huius effigies hic inter Heroes viros huius Proſapię, nec non & aliqua monumenta apparent. Cum ad Venetos Legatus Apoſtolicus veniret anno 1415. Arimini morti occurrit, Sedente Ioanne XXII. dictus XXIII. Et Imperantibus Sigiſmundo in Occidente, & Ioanne Paleologo in Oriente.

19 Hieronymus, Antonij filius, inter Nobilis Brixianę Familię de Bonis ſingulares Viros fulgens, in Arbore Gentis eiuſdē circa an. 1460. Epiſcopus Nouarienſis ſcriptus eſt. Hunc, cum inter Epiſcopos Ciuitatis Nouariæ, minimè numerari legerim, ſolummodo electum crederem; vel forſan etiam conſecratum: ſed non perueniſſe ad Sedem. Rationabili enim de cauſa in eadem antiqua Arbore vna cum ſubſequenti relatum fuiſſe cenſeo.

20 Dominicus ex Carolo ortus eiuſdem Nobilis familię de Bonis alumno, in eademmet Arbore eiuſdem Hieronymi poſterus, & Piſę Archiepiſcopus adnotatur. Sed facta diligentia; in Serie Epiſcopali Piſanæ

Vrbis

Vrbis cum ſcriptus non reperiatur: ideo electum tantum hunc fuiſſe, ſuſpicari debemus.

21 Gabriel Rangonius Clarenſis (Mutinenſis etiam ſcriptus) Ordinis Minorum, & Beati Ioannis Capiſtranij eiuſdem inſtituti verus æmulator, ac Magiſter illius eximij ſapientis Franciſci Lichetti Generalis eiuſdem Ordinis. Is cum in Albenſi, & deinde in Agrienſi (in Hungaria) Sede Epiſcopali effulſiſſet, à Sixto IV. ex eodem Ordine profecto; Mathia Hungariæ Rege, cui erat à ſecretis, maximè vrgente; Presbyter Cardinalis Tituli Sanctorum Sergij, & Bacchi delectus eſt anno 1478. Hunc Annales Ciuitatis Brixiæ, in quibus eius acta regiſtrata leguntur, de Foliatis vocant, & de Clararum Oppido ex inſignioribus Agri Brixiani aſſerunt: atque etiam vt ipſa Ciuitas de huius ad Purpuram aſſumptione ſecum (tanquam ſuo de Compatriota) gratularetur, conlium explicant. Anno vero ſequenti audiens ipſum ex Hungaria Venetias, & Romam petentem hàc iter facturum: vt à tribus electis Oratoribus nomine Publico obuiam iretur, inuiſereturquè; nec non & munere valoris centum aureorum pariter afficeretur, Senatus Conſulto cautum fuit. Qua ipſe vſus occaſione tanti amoris; vt eius Parentes de Foliatis inter Ciues, & ad honores Ciuitatis ſubeundos deſcriberentur, & habiles fierent, impetrauit. Extant tanti Viri in facie Eccleſiæ fratrum Minorum eiuſdem Op-

pidi picta effigies, eiusque Stemma gentilitium in externa fronte Ecclesiæ Parochialis Collegiatę, insignijs Cardinalitijs decoratum (in cuius erectione ipse non parui auxilij fuit) cum inscriptione. *Gabriel de Rangonibus Cardinalis Agriensis*. Ex qua conijcio illum habuisse Patrem de Rangonibus; quæ Familia, ex scripturis mihi exhibitis, apud idem Clarensem Oppidum etiam vsquè modo extitisse patet; & propterea Ciacconius, & Sansouinus, quia & in Ciuitate Mutinę eandem vigere constabat, Gabrielem Mutinensem dixeruut; Quod tamen Petrus Crescentius, nouus de Italiæ Nobilitate Auctor, sustentare non est ausus. Matrem verò ei fuisse de Foliatis, antiqua Domus Clararum patet, quæ ibidem illum genuit, atquè educauit. In cuius rei certum testimonium mihi allatum fuit exemplar cuiusdam Epistolæ illius Communitatis ad eundem, labenti anno 1481. XVI. Klen. Decembris conscriptæ dum Romæ degeret, in qua satis constat, ex Clarensi Oppido ipsum originem duxisse, & ideo Brixianum fuisse. Varijs Legationibus tàm pro Dei Ecclesia, quàm pro Hungariæ Rege maxima cum laude Gabriel functus: Tandem Romæ mortalitatem exuit anno 1489. Sedente Innocentio VIII. cuius interfuerat electioni, & Imperante in Occidente Federico III. Orientali autem Imperio ad Regem Turcarum deuoluto.

Bar-

22 Bartholomæus Aueroldus Brixianus eximię virtutis, Codicis Decretorum reformator, & vltimus Abbas ex Monachis Sancti Benedicti in Leonensi Monasterio Brixiænsis Diœcesis, quibus dimissis, illius Abbatię remansit Commendatarius, ad Epetij Archiepiscopatum (Spalatum vocant) ex permutatione cum Petro Foscareno Cardinali Tituli Sancti Nicolai inter Immagines, anno 1479. peruenit. Patrię postea suaui amore captus, anno 1500. cum Paulo Zane Brixiæ Episcopo inijt conuentionem Sedes inter se se commutandi: quę tamen nullum habuit effectum, Huic eximio Pręsuli Veronę commoranti, eius familiaris catulus morsu rabido, attulit mortem anno 15.. Sedente Leone X. & Imperante Maximiliano, vbi etiam sepelitur.

23 Bernardinus Fabius Brixianus, Referendarius Apostolicus, Præpositusquè Sancti Laurentij Brixię, Pharensem Episcopatum assecutus est anno 1486. Propria pecunia Ecclesiam illius Pręposituræ instaurauit. Ossa Sanctorum Episcoporum Brixiæ Optatiani, & Vigilij in noua Ara maxima, deuota religione recondidit, anno 1497. Tempus autem, locumque eius mortalis dormitionis nondum legi.

24 Antonius Passera Brixię Ciuis, inter Episcopos Placentinæ Sedis sub anno 1488. connumeratus est. Sic enim habent libri Publici Brixiæ: &

de eo nullam aliam mentionem legendam exhibent.

25 Ioannes Duccus Brixianus, insignis Ecclesię Collegiatæ Sanctorum Nazarij, & Celsi Præpositus, singulari prudentia, sapientiaquè, ac Summi Pontificis Sixti IV. necessitudine claruit, qui hunc inter Apostolicos Referendarios scripsit, misitquè Legatum ad Germanorum seditiones sedandas; vndè fœliciter reuersũ, Coronensi Episcopatu inuestituit. Anconę iterum residens Legatus Apostolicus, totum Picænũ (vulgò Marca Anconitana) summę pietatis, ac iustitię laude rexit, ac moderatus est. Brixiam reuersus Ecclesiam suam non modò instaurauit; verùm sacellum maximum à fundamentis extruxit, ac perfecit. Et pro maiori Dei cultu, Primicerio, ac duobus Canonicis, alijsquè Sacerdotibus ære suo adauxit, atquè decorauit. Demum anno 1496. Sedente Alexandro VI. & Imperante Maximiliano, in Patriæ gremio mortis somno dormiens, in eadem sua Ecclesia, intus marmoreum nobile eleuatum Depositum, æternitati recluditur.

26 Altobellus Aueroldus Brixianus, Apostolicus Referendarius, & Corrector Archiui Romani, Vir quidem summę virtutis laude illustris, Polę Ciuitatis Dalmatiæ iurè ac merito Epũs adlectus fuit anno 1497. Hunc Iulius Papa II. non semel, sed iterum suum Vicele-

celegatum emisit. Leo. X. Bononię Gubernatorem, & deinde Mutinę, Regijquè Lepidi, Exarcatusquè Rauennæ, & Prouinciæ Romandiolę per Quinquennium voluit. Ad almæ Vrbis Gubernatoris officium constitutum; exinde (sic arduis exigentibus negotijs) Legatum ad Venetos cum Cardinalis de Latere auctoritate transmisit, vbi Quinquennium pariter consumauit. Eidem, anno 1516. sic petenti, eiusquè successoribus Præpositis Ecclesię Collegiatę Sanctorum Nazarij, & Celsi, limitatum vsum Pontificalium concessit, nec non & alia Priuilegia, quibus tàm ipse, & successores Præpositos, quàm Canonici, & Ecclesia ipsa insignirentur; Bononiensibus verò ita exposcentibus, Prolegatus ibi, vniuersæquè Prouinciæ Flaminiæ à Clemente VII. rursum prępicitur. Demum apud Venetias, eadem Collegiata tanto Pręsulę viduata remansit anno 1571. totius Ciuitatis illius, ac Patrię mœrore; Sedente eodem Clemente VII. & Imperante Carolo V. cuius corpus Brixiam translatum, summo honore in eadem Sanctorum Nazarij, & Celsi Ecclesia Thumulo conditus fuit.

27 Bartholomæus de Senica Oppido Brixiano ex Prædicatorum familia, anno 1503. ad Sedem Iustinopolis (vulgò Capo d'Istria) promotus fuit; cum prius Referendarij Apostolici, Comissarijquè, ac Brixię Inquisitoris munus obierit. Cuius meminit Michael Piò in Dominicana Historia. Lateranense

Con-

Concilium sub Leone X. anno 1513. qua erat doctrina, & prudentia prȩditus suo suffragio iuuit. Hunc Abbas Vgellius in eius Sacra Italia, minus propriè, Bergomensem scribit sub cognomento Assonica. Cum enim scribendum esset à Senica, corrupto vocabulo eius Auxiliarij scripserunt, Assonica.

28 Christophorus Magnauinus Brixianus, primò in Cathedrali Brixiȩ, & deindè in Asulana eiusdem regionis Ecclesia Archiprȩsbyter., Volignanȩ etiam Sedis dignitate illustratus fuit, circa annum 1508. cum Iulij II. Summi Pontificis familiaritate gauderet. In Valle Calepia Bergomensis ditionis Ecclesiam Seruorum B. V. Mariæ solemni cerimonia consecrauit anno 1514. die 16. Iulij. Hominem exuit Brixiȩ anno 1521. Sedente Leone X. & Imperante Carolo V. & in Basilica Maiori Brixiȩ terrȩ corpus eius demandatum fuit.

29 Mathias Vgonius Brixianus, in Veronensi Episcopatu, optimo nomine, Vicarius Generalis, Sedem Phamagustanam habuit ineunte anno 1516. Brixiani Prȩsulis Pauli Zane longo annorum cursu Locumtenentis munere, summa cum prudentia, & Patriæ gloria functus est; cum prius Parmæ Gubernator pro Sede Apostolica summa cum iustitia extiterit. Ad honorem Sanctissimarum Crucium (quas prȩtiosissimum, cȩlestemq; vti Thesaurum, verè suum, Brixia asseruat, &

vene-

veneratur) erga quas condigna flagrabat deuotione, nobilem Societatem institui curauit; quæ postea collapsa, nuper honorificentissimè restituta est. Nonagenarius decessit in pace anno 1535. Sedente Paulo III. & Imperante Carolo V. & in Ecclesia Sancti Iosephi, quam antea consecrauerat, afferri voluit, & ante Aram S. Apolloniæ sepeliri.

30 Hadrianus Vir optimus, & doctissimus; insignis doctrinę merito, & pietatis, ex pauperrimo, & humili, ad magnas opes, maioresquè honores; immo ad ipsam Petri Sedem Apostolicam ascendit. Hunc Summorum Pontificum gestarū rerum Scriptores dum stylo dissimili, incertaquè sententia alij Florentium agnomine, ex Patre etiam Florentio genitum scribunt: Patrięq; alij è MastricK Flandrium; alij Belgam ex Traiecto Batauum; alij ex Traiecto inferioris Alemaniæ apud Mare Flandrię primum locum habente in Batauia: Batauum alij ex Traiecto; alij Batauum Germanum; alij Theutonum dum faciunt: dumquè nonnulli Episcopum Bertusensem; alij Derthosensem; cęteri Dertosensem nominant; de eo vnanimiter à multis comprobatam veritatem ipsum in medium afferendi ansam non mediocrem prębent: vt amplius non lateat vera huius Pontificis origo.

Hadrianus igitur RENZANI propè Salodium Brixianę iurisdictionis, ex quodam Ioannebono (vulgò Zanbono) Rampinę Familię, à quo deindè Zanbo-

næ effluxit Cognomen, ortum trhaxit, ſicuti in eius Aſcendentium Arbore vidi. Cuius ſynceręveritatis certum dant teſtimonium; Franciſcus ille Lichettus inſignis ſcientiarum Magiſter, & deindè Generalis Minorum, qui cum in Monaſterio Inſulę Lacus Benacenſis degeret, Hadrianum tunc adoleſcentem docuit; vti Mathias Belintanus Capucinus Salodienſis tùm vitę ſanctitate, tùm Verbi Dei prędicatione æquè mirabilis, qui eius Vitam à ſe manuſcriptam in Cœnobio Salodienſi futuris ſæculis reliquit, quam legi, quamquè vidi ſummariè in Vitis Summorum Pontificum Vaticanæ Impreſſionis intercluſam teſtatus eſt. Octauius etiam Roſſius in Elogijs agens de eodem Franciſco Lichetto. Onuphrius Panuinius in Tabulis hoc habet expreſsè, qui rei veritate cognita ſuam de Patria Hadriani ſententiam, in eius Vita ad Platinę Additiones prolatã, ibi mutauit. Ioannes bonus Gratharolus, in eius Benacenſi Hiſtoria prę-terito ſęculo Brixię prælo data, idem aſſerit, in qua etiam eius Vitam aptè immiſcuit. Bartholomęus Dioniſius è Fano in Additionibus ad Tracagnotæ Hiſtoriam. Hyeronymus Francinus, & Proſper Pariſius in libro rerum almæ Vrbis mirabilium. Eius ſtemma gentilitium cum Inſignijs Apoſtolicis in ſuperliminari portę Eccleſiæ Renzani cum hac patenti inſcriptione. ADRIANI VI. PONT. OPT. MAX. RENZANI PATRITII. ANNO POST LEONEM X. M.DXXII. Aſſerta quoquè hiſto-

riata

riata Illuminati Calzauachæ Ordinis Minorum, vbi illustres viri Brixiænses, de quacunque professione virtutis, simul redacti leguntur. Quę omnia indicant testimonia, Hadrianum (qui ad regenerationis fontem Salodij Aloysius vocatus, Patriam vt cunctis lateret linquens, Hadriani nomen in eius prosapia insuetum supposuit) vocari Traiectensem ex lunga tantum illic demoratione, non quod Traietum illi locus natalis fuerit; quod mirum quidem non est, cum de multis alijs factum fuisse notum sit.

Sed eius vitam, quę hic omninò prætereunda non videtur, breuiter legentibus, vt perstringam; Hadrianus cum adolesceret capta occasione, inconsultisquè parentibus, & amicis (vno excepto) Patriam profugiens voluntariè reliquit. Varijs orbis partibus breui peragratis, Traiecti tandem quietem inueniens, ad liberales disciplinas cæpit incumbere. Hinc Louanium petens, illic in tàm insigni summorum hominum Lyceo tantus euasit: vt suos coæuos longè vincens, ab omnibus per circuitum summę sapientię, eximięquè prudentiæ commendaretur.

Margarita Maximiliani Austriaci Imperatoris Nata, in Belgio Patris Vicesgerens, audiens Hadriani famam vndiquè peruolare, illum & habuit in honore, & Dignitatibus Ecclesiasticis muniuit. Ad cuius nutum Augustus Pater (rei ctis ambitiosis) Carolo Nepoti iuuenculo, qui ei postea anno 1520. successit Imperator sub vocabulo Caroli Quinti, in Docto-

O rem,

rem, ac Moderatorem dederit, ac deinceps eundem ad Catholicum Regem Ferdinandum Oratorem ordinarium miserit, cui vsquè ad eius exitum assedit. Quo temporis cursu Derthusæ (vulgò Tortosa in Hispania) Episcopus; & vrgente Maximiliano, Cardinalis etiam sub Titulo Sanctorum Ioannis, & Pauli à Leone X. anno 1517. Klen. Iulij creatus fuit.

Carolus factus Maximiliani in Imperio, & Ferdinandi in Regnis Hispaniarum successor, Hadrianum magna virtute pollentem, sibiquè acceptum illorum Regnorum voluit pro se Rectorem, ac Proregem.

Leone Pontifice præmortuo, Cardinales cum in noui Pontificis electionem difficillime conuenirent: tandem Hadrianum in Hispanijs commorantem, ferè vnanimes, & magna Caroli Imperatoris lætitia, elegerunt anno 1522. die IX. Ianuarij. Cui Romani Oratores ad eum missi cum detulissent. Romam versus quantòcius ipse iter dirigens, tertia die insequentis Mensis Augusti, magna pompa Vrbem ingressus, Diademate Pontificio insignitus fuit, nomine Hadriani retento.

In Apostolico Culmine constitutus, parentibus Consanguineis & Affinibus immunificum; munificum virtute fulgentibus, pium erga pauperes, prudentemquè, ac sapientem in omnibus agendis se ostendit; solitus dicere hanc marmore dignam Sententiam. *Dignus Petri Successor non est, qui plus Cognationi, quam Pietati, & Christo tribuit.* Beatos viros Antoninum Ar-

chie-

chiepiſcopum Florentinum Ordinis Prædicatorum, & Bennonem Germanum inter Sanctos repoſuit. Scripſit Diſputationes in quarto Sententiarum, & Epiſtolas inſignes in Tomis Conciliorum regiſtratas.

Sub eius vitæ terminum Giulielmo Encauordio Belga ſibi intimo (quem prius Epiſcopum Derthuſenſem, & Curiæ Romanæ Datarium conſtituerat) Purpuram, & ſui Cardinalatus Titulum conceſſit; nullo alio ad Cardinalitium honorem aſſumpto. Et non multo poſt febri acuta correptus, Sedem vacantem reliquit anno 1523. die 14. Septembris, Quem in S. Petro inter duos Pios Pontifices humatum, ipſe Cardinalis Encauordius, benemerentiæ gratia, in mauſoleo à ſe in Sanctæ Mariæ Germanorum Eccleſia, de Anima nuncupata, magnificè erecto, tranſtulit, & repoſuit, eodem Carolo V. Imperante, qui tanti Pontificis de ſe optimè meriti mortem ægrè tulit.

31 Vbertus Comes Brixianus, maximæ virtutis vir, ex generoſa de Gambara Progenie ortus, optimis ſtudijs excultus, inferuentiori ætate arma per omnem tunc Italiam furentia, eius animum ad gloriam exultantem rapuerunt; vndè anno 1511. Patrię dominantibus Gallis, Conciliorum obtinebat Principatum. Bellicis caſtris deindè relictis, & in Romana Curia Eccleſiaſticæ militiæ toto ſe dicans animo, à Leone X. Prothonotarius Apoſtolicus conſtitutus, apud Luſinię Regē Nuncij munere, & ſubſecundarię apud Galliæ,

& Angliç Reges nomine Adriani VI. & Clementis VII. functus est. Eundem Clementem barbara obsidione in Castro Sancti Angeli, ob Romanç Vrbis Borboni Ducis depopulationem, anno 1527. demorantem; sua ad eosdem Reges excitante sollecitudine; transfretatis, geminatisquè hinc indè eius Legationibus, pro viribus vindicauit. Hinc idem Pontifex Vbertum de se optimè meritum, Clericum Apostolicæ Camaræ, deindè anno sequenti Episcopum Derthonensem (vulgò Tortona) nec non & Bononiæ Prolegatum creauit, vbi eidem Pontifici Carolum V. Imperiali Corona redimenti anno 1530. astitit. Cum Parmç, & Placentiæ Apostolicus Legatus extiterit; instantibus valdè eius quàmplurimis meritis; à Papa Paulo III. anno 1539. Purpura ad Titulum S. Syluestri decoratus fuit. Indèque Vrbis Vicarius, ac Polecastrensis Ecclesiç factus Administrator, & Galliç Cispadanæ Legatus, Derthonensem eius Sedem Cæsari Nepoti resignauit anno 1548. Deniquè magna in peragendis prçstantia, in difficillimis prudentia fulgens, magnoq; de se relicto nomine, Romæ anno sequenti obijt, Sedente eodem Paulo III. Et Imperante eodem Carolo V. Cuius Corpus Brixiam delatum, & summo honore exceptum, & Publico decreto, Publicisquè expensis à Collegijs Doctorum, & Tabellionum associatum, in Sanctæ Mariæ Gratiarum Templo conditum fuit, vbi; in tanti Cardinalis memoriam, a posteris ad lauam Ca-

pellç

pellæ Maioris admirandum ei dicatum Mausoleum conspicitur.

32\. Petrus Durantus Brixianus, Bartholomei filius, Iurisprudentia illustris, Prothonotarius Apostolicus, Archidiaconus, & Canonicus Brixiæ, Vicarius quoquè Curiæ Episcopalis extitit anno 1516. Paulus Papa III. ex Farnesia Styrpe, (qui huius viri meritis, Durantum Successionem præcipui amoris priuilegio dotauit, & cumulauit honoribus) Petrum vtriusque Signaturę Referendarium, & Prælatum Domesticum, ac continuum sui ipsius fecit Commensalem, qui vna cum Durante eius Consanguineo (postea Cardinali, & Episcopo Brixię) indefessis, & continuis studijs, & laboribus eidem deseruire non desistebat. Ad Termulensem deindè Episcopalem Sedem euexit, & successiuè Romanæ Curiæ Datarium statuit. Is Anno 1539. clausit oculos, eodem Pontifice Sedente, & de tàm insignis, & intimi Præsulis decessu dolente, & Imperante Carolo Quinto. Eius corpus Roma sepultum detinet apud Mineruam.

33\. Bartholomęus alter Aueroldus Iurisprudentia, alijsquè virtutibus ornatissimus, illius optimi Alexandri Aueroldi Prothonotarij Apostolici, Canonici Brixiæ, ac Polæ, & Parochialis Sancti Laurentij Prępositi Germanus frater, Ciuitatis Chalamonę Episcopus

copus enituit. Suum mortalitatis exilium clausit anno 1538. Sedente Paulo III. & Imperante Carolo V. & in eadem Sancti Laurentij Ecclesia in Capella Auerolda idem Alexander, qui eam construxerat, & dotauerat, nobile ei dicauit Depositum.

34 Vincentius Durantus eiusdem Petri, ex Nicolao fratre Iurisperito Nepos (affluente in eius Domum Pauli Papę III beneuolentiæ studio.) Romam vocatus, Apostolicus Referendarius, Pręlatus domesticus, & continuus eiusdem Pontificis Commensalis primum efficitur, moxquè Patruo defuncto in Pastoris Thermularum onere, atquè in Datarij munere eodem currente anno 1539. sufficitur, ętatis suę anno trigesimo penè reuoluto. Summæ sapientię Iudex de celebri Legum Doctorum Collegio Brixię erat Vincentius, antequam Romę Ecclesiasticam disciplinam profiteretur; & propterea tùm Petri Episcopi prędefuncti, tùm Durantis Cardinalis suffragantibus meritis, ipsiusq; operante virtute factum est: vt idem Papa Paulus III. Perpetuum amplissimum Priuilegium, ad instar illius de Collegio Bononiæ, eidem Collegio Brixiano, maxima liberalitate Concesserit. Postea verò, cesso alteri Episcopatu, ad Patriam dulcis illum amor traxit, Sedente maximè in ea Episcopo Durante Duranto Cardinali sibi Consanguineo; Qui anno 1558 è viuis elapsus, ipse Vincentius Vicarius Brixię à Capitulo deligitur; quo in officio valdè honorificè vique ad

annum

annum 1560. prosequitur. Tridentino Concilio interfuit; & deinde anno 1570. eius vita decidit, Sedente Pio IV. & Imperante Maximiliano iuniore, & in Cathedrali apud maiores suos appositus est.

35 Isidorus, à Clararum Oppido inter insigniores Brixianę regionis numerato, Clarius nuncupatus, obscurus genere, clarus ingenio, clarior virtutibus, moribus, vita; ab ineunte ętate Cassinensium Religioni nomen dedit. Varijs doctrinis, linguisq; Latina erudita, Gręca, & Hebraica, raraquè eloquentia, toti illuxit Ecclesiæ Dei; vti etiam ipsius opera testantur, inter quæ omnem Sacram Bibliam eruditis scholijs illustrauit. Ab S. Marię Cœsenensis Ciuitatis Abbatiali Cathedra (Pauli Papę III. munificentia) ad Fulginatensem Episcopatum pertransijt ann. 1547. Tridentino Conuentui summę tùm eruditionis, tùm linguę laude inter tot S. Matris Ecclesię Patres, veluti sydera omnibus virtutibus emicantia effulsit, & interfuit. Fulginatensium pauperum verus Pater enituit. Erga verò parentes se illiberalem ostendit, cum diceret: *Non vtiquè ditandis affinibus; sed pauperibus refouendis sibi Ecclesiasticos census fuisse attributos*. Verbo, exemploquè cum suam Ecclesiam in multa sui ipsius humilitate per septennium rexisset: plenus meritis, & laboribus, redolens vndiquè sanctitate, anno 1555. V. Kalend. Iunij, ętatis suę anno LX. ad superos euolauit, Sedente Marcello II. & Imperante Carolo V. Cuius Corpus cum ferè per duos dies

con-

concurrenti populo ſtetiſſet expoſitum; tamen inextinguibilem, flagrantemquè odorem circumquaquè continuò redolens, in ſua Cathedrali cum honore ſitum fuit.

36 Cęſar Comes de Gambara Brixię Patritius, Vberti Cardinalis Gambaræ ex Ioanne Franciſco eius fratre Senatore Ciuitatis Mediolani, & dignitate viro grauiſſimo, Nepos; ex ceſſione eiuſdem ſui Patrui Cardinalis, Eccleſiam Derthonenſem cępit adminiſtrare anno 1548. Floruit in huius Epiſcopatus dignitate magna cum prudentię commendatione. Suum Epiſcopale Palatium, ex colle in planitie Ciuitatis rationabiliter translatũ, ſibi & Succeſſoribus cõmodo, & vtilitati conſulens, conſtruxit. Nomine ſuę Eccleſię Tridentinę Synodi adfuit. Anno poſtea 1591. hunc mors ęquo pulſauit pede, Sedente Innocentio IX. Et Imperante Rudulpho II. & in ſua Sede honorificè ſepelitur.

37 Hieronymus ex ſemine illuſtris, & veteris Domus de Federicis, in Valle Camunica tranſactis temporibus prępotens, & Principatum obtinens, & vbi adhuc nobili inſtituto viget, ortum trhaxiſſe non dubium eſt, quamuis in Triuilio apud Mediolanenſem Diœceſim natus. Ad plura enim loca Federica Domus ſeipſam diffuſit. Hieronymus iſte anno 1551. Sagonenſi Eccleſię primum pręfuit. In Regno deindè

indè ad Marthoranam Sedem anno 1552. translatus. Et indè ad Laudensem missus fuit anno 1576. Romam prius vti Gubernator administrauit, atquè Aemilianam Præfecturam egregiè rexit. Acerrimi Ecclesiasticæ libertatis Defensoris, Pacis Conciliatoris, Amatoris iustitiæ, & Patris pauperum, alijsquè virtutum egregijs Titulis effulsit. E Concilio Prouinciali Quinto Mediolanensi ad suam Ecclesiam reuersus, fato concessit anno 1579. Sedente Gregorio XIII. & Imperante Rodulpho II. ibique pro sepultura in Cathedrali inlatus fuit.

38 Leonardus Tertius Lana Brixianus, genere, legumque peritia Illustris, circa annum 1550. Episcopus Buduæ consecratus fuit. Cum verò Ciuitas Brixiæ Campanam maiorem Turris populi pondus Libr. 24000 æquiponderantem in Vestibulo Ecclesiæ Cathedralis præparasset, Leonardus (astante Cardinali Episcopo Durante) cum Clero, & Magistratu Maiori, ac multo populo, Nomina SS. Patronorum Faustini, Iouitæ, & Apollonij eidem imponendo, solemni Ritu Benedixit. Senio tandem confectus, Brixię Carnis vinculo solutus anno 1563. in S. Mariæ Gratiarum egregio Templo situs fuit. Sedente Pio IV. & Imperante primo Ferdinando.

39 Dionisius Robertus Brixianus Archiepiscopatum Sipontinum adeptus est anno 1555. quod in Apu-

liæ regione situm. Et de eo nulla alia cognitio ad me peruenit.

40 Mutius Calinus Brixianus Eques Hierosolimitanus in Archiepiscopum Iaderensem (vulgò Zara) electus fuit anno 1555. Concilium Tridentinum dùm celebraretur, inter illius Patres interfuit. Transiuit ad Cathedram Interamenensem (Terni Ciuitas), anno 1566. vbi breui tempore animam reddidit Creatori, Sedente Pio V. & Imperante Maximiliano, Cuius ossa illic iacere debent.

41 Iulius Pauesius, ex Quinzano Brixiano Oppidò, Dominicanæ familiæ, verè eximius Theologus. Hunc Paulus Papa IV. anno 1555. in Episcopum Sancti Leonis excepit, & deinde Vestensem voluit. Subindè verò Neapolitana Sede per eius ad Papatum assumptionem vacante; illic Administratorem Archiepiscopalem, Apostolicumquè Vicarium plena cum potestate, donec aliter cautum esset, transmisit. Anno deinde 1558. adhuc illam Ecclesiam administrantem, Archiepiscopum Surrentinæ Sedis, delegit. Interfuit Tridentino Concilio; & Pius Papa V. Nuntium Apostolicum ad plures Germaniæ Principes eundem misit. De tanto Præsule reliqua nondum cognoui.

42 Ioannes Franciscus Comes de Gambara Brixianus

Patri-

Patritius, virtutum gloria clarus, fuit Iulij Papæ III. Cubicularius, Virolæ Alghifiæ Præpositus, Clericus Præsidens Apostolicę Camaræ sub Papa Pio IV. à quo, anno 1561. Diaconus, & mox Pręsbyter Cardinalis Sanctę Pudentianę, & Camerini Apostolicus Legatus creatus est. A Pio V. Inquisitor Generalis, & anno 1566. Antistes Viterbiensis, & à Gregorio XIII. Albanus, & deinde Prænestinus designatus fuit. Romæ requieuit in pace anno 1587. Sedente Sixto V. & Imperante Rudulpho II. Cuius Corpus apud Viterbium in Sancta Maria de Quercu nuncupata, quam ipse dedicauerat, ex testamento asportatum, Thumulum ibi, humilitatis ergo, sine aliqua funerali memoria, sibi delegit.

43 Hyppolitus Chizzola Nobilitate Brixiana decorus, Verbi Dei Præco magni nominis ex Canonicorum Lateranepsium Coetu, doctas scripsit Apologias aduersus Verzerium quendam Hęreticum, quibus & Dignitatem S. R. Ecclesię, & Sacrosancti Tridentini Concilij denunciationem acerrime deffendit: quas Diuo Carolo Card. Archiepiscopo Mediolani dicauit. Alium quoque Librum erruditissimum ad Francilcum Cardinalem, & Ferrantem fratres de Gonzaga edidit, quo varias illorum temporum hæreseos lues fregit; quamobrem dignus fuit qui à Pont. Max. Pio IV. ad Thermulanensem Episcopatum in Regno Neapolitano circa annum Domini 1562. proueheretur (vti

habet Hieronymus Rufellius in Libro Epiſtolarum ejdem D. Archiepiſcopo dicato) ad quem tamen non peruenisse conijcio : Nam dum idem Pontifex ad negotia Eccleſiaſtica in Boemiæ Regno illum promouere cogitat; Patauij è viuis immatura morte eripitur Imperante Ferdinando primo. Et in Eccleſia S. Ioannis Vcrdarij Sepulchro conditur : vti habet Octauius de Roſſis in Elogijs.

44 Aloyſius Caluus Brixianus ad Iaderenſem Archiepiſcopatum, poſt Mutium Calinum eius Conciuem anno 1566. aſſumptus fuit. Ad Interamnenſem Eccleſiam (vulgò Terni) gubernandum ſequenti anno vocatus, poſtea ad vitam immortalem anno 1570. translatus fuit, Sedente Pio V. & Imperante Maximiliano; & in ſua Cathedrali terrę traditur.

45 Ambroſius à Balneolo Pago Brixienſi, Dominicani Ordinis alumnus, & ardens Euangelij ſeminator, qui Philoſophiæ, Theologiæque Magiſtri gradu magnopere eluxit. Poſt Prouincię Neapolitanę Prouinciale Regimen maxima vtilitate exactum, vbi Ancillarum pro conſeruanda honeſtate, & mulierum procurandis ęgritudinibus primus omnium ſtabiliuit Diuerſoria; Pius V. intelligens huius viri tantum pietatis ſtudium; anno 1567. illum ad Sedem Epiſcopalem Nerinenſem meritò euhexit. Huius vitæ reliquum non noui.

Aure-

46 Aurelius, ex Griana familia, in Vrceano Oppido Brixianæ regionis natus; Ordinis Minorum de Obseruantia professus, à Pio V. Episcopus Letrensis anno 1568. scriptus fuit. Huius reliqua, nondum legi memorata.

47 Iacobus Rouelia Salodiensis Brixianę iurisdictionis, linguis Græca, & Latina prçclarè eruditus, iurisquè vtrius non mediocri laude excellens, sub Dominico Bolano insigni Brixiano Episcopo, ab anno 1569. vsque ad 1574. Vicarij Generalis egregiè Tribunal sustinuit: Deinde in Feltrensi Ecclesia Philippo Mariæ Campegio illic Antistiti datus est Coadiutor: cui postea anno 1584. vita functo subrogatus est. Vtini interfuit (vulgò Vdine), vna cum Francisco Barbaro Patriarca Aquileæ Prouinciali Concilio; & ei præcipuè Decretorum reformatio illius Metropolis demandata fuit. Cum S. Carolus Mediolanensis Archiepiscopus Brixianam Riperiā Orientalem esset Auctoritate Apostolica visitaturus; Iacobus ob tanti Antistitis reuerentiam, Salodium citò veniens, semper eidem Visitanti astitit, & suffragatus est, cum eiusdem maximo leuamine. In vigilia Episcopali Feltrensi sex cum viginti annis vtili actione impensis, seipsum reliquit anno 1610. Sedente Paulo V. & Imperante Rodulpho II. Et in sua Ecclesia Tumulum habuit.

48 Maphęus Comes de Gambara Brixianus, Cęsari Patruo in Derthonensis Sedis Pręsulatu successit anno 1592. Qui vt Ecclesię sibi commissę iura seruaret, ea qua pręditus erat animi altitudine, Potentatibus aduersari non erubuit, hac ductus sententia. *Vineæ Christi Cultorem, alium Vineæ Dominum venerari non debere, nisi ipsum Christum*. Cumque per annos vigintiquinquè summo pietatis, ac religionis studio in sua Sede corruscasset, & luminibus pręannosa ętate orbatus esset, maxima cum animę suę præparatione, ad lumen indefficiens, ad Creatorem scilicet suum transmisit spiritum anno 1612. Sedente Paulo V. & Imperante Rodulpho, & illic sepulchro obserratus fuit.

49 Vincentius Arigonius Brixianus, Dominicanæ Religionis, Episcopus Sibenici apud Dalmatiam ordinatus est anno 1603. vbi optimæ suę virtutis monimenta reliquit. Cęterum huius Episcopi adhuc mihi ignotum est.

50 Aurelius Aueroldus Brixianus Fausti filius, genere, pietate, doctrina pręclarus, Canonicus Brixię, & Locumtenens Episcopi in Generali Congregatione Doctrinæ Christianæ, anno 1606. Patriam animo forti linquens Romam petijt, & à Paulo V. Summo Pontifice benignè acceptus, in præmium eius summæ obedientiæ Interdicti tempore

exhi-

exhibitę, Episcopus Castellanetensis in Apulja scriptus est. Cumquè per sexdecim annos, vberrimo illius Ecclesiæ fructu, munus optimi Pastoris excoluisset, Patriæ amore captus alteri resignauit. In Patria; decore, munificentia, virtutum Patrocinio perclaruit, omnibus charus. Animam Deo restituit anno 1629. Sedente Vrbano VIII. & Imperante Ferdinando II. atquè in Ecclesia Sanctæ Marię Pacis nuncupata, à Patribus Oratorij diuinis officijs exculta, in sepulchro sibi adhuc viuenti constituto, fuit tumulatus.

51 Iulius Tertius Lana Brixianus vtriusque Iuris Consultissimus, atquè Brixianæ Sedis Archipresbyter, & Vicarius Generalis, cum anno 1606. Interdictum fugiens Romæ se collegisset: cognitis à Sancta Sede eius virtutum meritis, Episcopus Vulturarensis constitutus est. Anno verò sequenti in suo Episcopatu decessit, & ibi in Cathedrali terrę consignatur, Sedente Paulo V. & Imperante Rodulpho.

52 Gregorius Pedrocca Brixianus, ex Minorum Ordine arctioris obseruantiæ, ad Sedem Aquensem vocatus fuit, anno 1621. fato functus est anno 1632. Sedente Vrbano VIII. & Imperante Ferdinando II. cuius corpus in sua Ecclesia sepulchro exhibitum fuit.

53 Desiderius Scalea origine Brixianus, Ordinis Prędicatorum professus, ingenij acumine pollens diù Cremonæ Inquisitor fuit. Postea ex Commissario generali Sancti Officij Romæ, de Sancta Apostolica Sede optimè meritus, à Paulo Papa V. inter Cardinales numeratus fuit anno 1621. die 11. Ianuarij; qua etiam die Amelphi in Apulia Episcopus deligitur. Anno sequenti ad Comensem Sedem à Gregorio XV. transfertur; Lazaro Carafino Cremonensi Prothonotario Apostolico, & suo Cubiculario Præfecto ibi in Episcopum subrogato. Anno 1626. vt Aulę Apostolicę negotijs paratior inhęreret: eodem Carafino ad Comensem euocato, à munere Pastorali se exoluit. Vrbani VIII. intima confidentia excelluit; quo etiam Sedente, viam vniuersę carnis Romæ ingressus est anno 1639. Imperante Ferdinando II. & in Ecclesia Sancti Caroli de Cursu vocata, cuius Titulum tunc obtinebat, conditus est.

54 Michael Varolius, Balneoli natus in Brixiana regione, Ordinis Minorum Conuentualium, sacris disciplinis optimè eruditus, cum Alzazynthi, & Cephalonię Vicarij Generalis munus egregiè administrasset, ab Vrbano VIII. audita eius fama, motu proprio ad sedem ibi Episcopalem promotus fuit anno Iubilei 1625. Cum vero sedisset annis septem, transmisso in alium Episcopatu, ad Brixianam Ciuitatem naturalis amor illum reduxit. Qui aliquando

ob

ob aeris sibi salubris temperiem apud Garignanum ad Lacum Benacum, in Monasterio sui Ordinis degens, omnibus venerabilis: demum ibidem in pace decessit anno 1637. & Sepulturam habuit, Sedente eodem Vrbano, & Imperante Ferdinando II.

55 Deodatus Scalea Brixianus Dominicani Instituti, Cardinalis Scaleæ Nepos, sapientia celebris, & spectatæ virtutis vir, Amelphitensis Ecclesiæ onus sumpsit anno 1626. Is Clauum suæ Sedis maximo cum animo, maximaquè illius tùm Spiritualis, cùm temporalis Iurisdictionis vtilitate, & animarum fructu rexisset, & Cathedralem permultis, permaximisquè Sanctorum Lypsanis illustrasset, ab Vrbano VIII. anno 1644 ad Ecclesiam Alexandrinam translatus fuit: in qua adhuc Sedet, diuturna Sede dignus. Qui factus in omnibus forma gregis ex animo, bellorum ibi exortas ruinas patiens, compatiensque singulis, nequit sibi ipsi, nequè suæ Ecclesiæ splendori, pro vt concupierat satisfacere. Vtinam aliquando foeliciter diù viuere eidem Deus concedat.

56 Sebastianus Hieronymi Comitis de Lodrono in Sacro Romano Imperio Feudatarij filius; sanguine tàm præclaro, maximisque virtutibus fulgens, primum Canonicus Salisburgensis, ac Tridentinus effectus,

Q mox

mox apud Leupoldum Guilielmum Austriæ Arciducem Superprimarij hominis prærogatiua decoratus est. Annuente postea Ferdinando II. Imperatore Augusto, Generisque eius sic exigente benemerentia, in Gurcensi Cathedra Episcopali (vulgò Gurg in Germania). seruato S. R. E. instituto, cæpit Sedere Anno 1630. Rara huius prudentia, suauique morum dulcedine aliquando idem Augustus allectus, eundem summa cum beneuolentia in suum domesticum Consiliarium apud se assumpsit, & perhonorificè detinuit. Quo honore etiam subsequens Imperator Ferdinandus III. spontè, & meritò affecit. Sebastianus demum graui morbo articulari laborans, Concesium Oppidulum in Brixianis suburbijs cum adiecit: vt aeris originarij salubri gauderet temperie: Anno 1643. florens ętate, cum sui maxima animi tranquillitate (admirantibus omnibus) illic animam ad Deum remisit, vbi vitæ exordia, & puerilem educationem habuit, Sedente Vrbano VIII. & Imperante eodem Ferdinando III. iacturam tàm sibi charissimi Antistitis, & fidelissimi Consiliarij ęgro ferente animo. Concesij Corpus eius in Parochiali depositatum, communem ibi omnium resurrectionem expectat.

57 Carolus Scalea Brixianus, Beati Laurentij Iustiniani Ordinis alumnus, Cardinalis Scaleæ Nepos, eiusdemque Deodati germanus Frater, optimis

dici-

disciplinis fulgens; Regis Catholici præsentatione intercedente, ad Triuentini Episcopatus Insulam consecratus fuit anno 1631. Cum tantum onus per annos XIV. egregiè sustinuisset, Neapoli moriens deposuit anno 1645. Sedente Innocentio X. & Imperante Ferdinando II. & ibidem sepelitur.

58 Franciscus de Lodrono Sebastiani germanus frater, & Concesij item ortus, & educatus, non moribus impar, nec virtutibus dissimilis, post legitimam Salisburgensis, ac Tridentini Canonicatuum possessionem, eundem (Ferdinandi III. Imperatoris Augusti gratia) à Salisburgensi Archiepiscopo, Sanctæ Apostolicæ Sedis iure originario de Latere Legato, ad viduatam Gurcensem Sedem vocatus, fratris Pastorale Bacculum canonicè accepit eodem percurrente Anno 1643. Cum verò in Pastorali munere floreret, & sui Gregis desiderio respondere cœpisset; heù mors immatura, nimium immaturè, & nimio omnium dolore, dum Tridenti immoraretur, ab vitæ stipite abstraxit Anno 1652. Sedente Innocentio X. & Imperante eodem Ferdinando. Apud Lodronum eius ossa delata, ibi ex deposito thumulata fuerunt, nomen nobis seruandum, nunquam periturum relinquendo.

59 Marcus Antonius Comes Martinengus ex Barcho Brixianus, Patritius etiam Venetus, & Nestoris eximij

mij Comitis filius ex Canonico, & Vicario Generali Patauij, ad Torcellanam Cathedram Episcopalem euocatus fuit ab Vrbano VIII. anno 1643. in qua etiam omnium laude dignus, altaquè sapientia, nec non & prudentia singulari clarus Sedet, quem Deus multum, & prosperè Sedere concedat.

60 Ioannes Baptista Brixia apud Taruisium Venetam Ciuitatem ex vetusta Comitum de Bettignolis Domo Brixiana illuc translata, & Principum Priuilegijs aucta, quæ à Bettingi Oppiduli Comarchatu Cognomen sumpsit, ortus est. Cum enim Anno 1327. Azzo Confalonerius Patritius Brixiæ ad Taruisinam Præturam electus pergeret, Nepotes suos ex quodam de Bettignolis Comite Betingi Domino, iàm à seditiosis Ciuibus Gibellinis occiso, & ex Bergarda eius Sorore legitimè natos, cum eademmet eorum matre secum perduxit. Patriæ namquè omnimoda cum alijs multis erant expulsione affecti, & nequibant in finibus habitare Brixianis. Taruisij ab ijsdem collocato domicilio, nobilem Familię de Bettignolis Arborem illic ad sæcula futura fixerunt; vbi relicta de Bettignolis voce, ab originarię Ciuitatis nomine Cognomen Brixia eisdem à Vulgò effluxit. Hęc fertilis, nobilisque Arbor ex ibidem initis sacris nuptijs tales filiorum fructus emisit, quales deinceps inter illius nobilem Regionis gentem celebri, ac florida nobilitate, pręstabilium Familiarum affinitate, opi-

bus

bus multis, magnis honoribus, nec non & primaria magnificentia clarescerent; & modo Venetæ Senatoriæ Nobilitatis splendore meritò illustrantur. Ioannes autem Baptista dato Ecclesiasticæ Militiæ nomine, & Romanam Prelaturam morum nitore, & scientiarum celsitudine fulgentem agens, primũ Interamnę, postea Beneuenti (annuente Apostolica Sede) Gubernatoris munus obiuit. Dumq; successiuè sub Legatis Apostolicis Cardinalibus Costaguto, & Cibò totius Vrbinatensis Ducatus Vicelegati egregio officio fungeretur, Adrię, ac Rodigij in Venetijs Antistes eligitur. Romam indè reuersus Episcopatum illum Innocentio X. Sum. Pont. cum resignasset, inter Apostolicæ Consultationis Prælatos iurè, ac meritò conscriptus fuit. Anno autem 1655. eodem Innocentio è viuis collapso, & vacante Romana Sede: cum Cardinales in Conclaui pro noui Pontificis electione conuenissent; Io: Baptistam hunc vti summæ integritatis, & intemeratę virtutis Virum illius Sacri Conuentus, & Vaticani Gubernatorem, & Moderatorem statuerunt. In qua electione euasit (afflante Diuino Spiritu) Pontifex Maximus Alexander VII. modò viuens, & æterna fama victurus, è cuius superna virtute Ecclesiæ exaltationem, Principum tranquillitatem, continuis Christianorum suspirijs exoptatam, nec non & alia ad omnis Christiani Orbis splendorem, & Religionis augmentum (tanto non minora Alexandro) cuncti expectitant. Demum Io: Baptista Brixia, qui

qui hunc Brixianorum Prȩsulum Catalogum iure optimo ambit, ac sexagesimum eorum perfecit numerum perfectionis argumentum, à Marco Antonio Cardinali Bragadeno senio confecto, biennio ante eius ab hac luce recessum, Vicentinum Episcopatum quem duo Pontifices Maximi, & decem Cardinales (quia eiusdem tenuerunt clauum) non parum illustrarunt, ex cessione Anno 1655. cum accepisset; in eius deindè locum diuturna, ac foelici Sede dignus Nobilissimus Successor Sedet, maximo cum Ciuitatis Brixiȩ plausu, quæ eidem, & originem dedit, & Cognomentum; atquè altiora ex Sanctæ Matris Ecclesiæ Cœlo, toto animo, auspicatur.

Finis Secondi Catalogi.

VICARIORUM GENERALIUM

SEDIS BRIXIANÆ

Catalogus Tertius.



BRIXIÆ, M.DCLVIII.

Apud Antonium Ricciardum.

Superiorum Permissu.

Vicariorum Generalium
BRIXIANI EPISCOPATVS

De Quibus

A' viuente B. Guala Episcopo

Vsquè ad Annum

M. DC LVIII.

Memoriam extare, inuentum est:

Et quorum vsum ipse primus

Hic inuexisse videtur

CATALOGVM CHRONOLOCICVM

Nobiliss: & Reuerendiss:

D. Carolo Antonio Lucciago

Proth. Apostolico,

Archidiacono, & Canonico Ecclesiæ,

Cathedralis Brixiæ,

Eminentiss. & Reuerendiss. D. D.

CARDINALIS PETRI OTTHOBONI

Eiusdem Ciuitatis Episcopi

Vicario Generali

In verum obsequentis animi signum

Bernardinus Faynus.

D. D. D.

Auctor Benigno Lectori.

MEmoratu digna cum facillimè temporum cursus helluatur, & mors quandocunquè hominum vitam inopinatò surripiat, superstites inscios sæpè relinquendo, qui prætiosas margaritas veluti peripsemata proijciunt, & perdunt. Cumquè difficillimè etiam inueniatur qui velit (indagando antiquitates) pro Patrijs monumentis insudare; hinc studiosæ tuæ curiositati, & virtuti escam cumulare cupiens, Generale Vicariatum huius Brixiani Episcopatus celebrare, nonnullasquè in eo Brixianas Familias, & alienas permultas honore afficere censui, efformando Catalogum insequentem omnium illorum Generalium Vicariorum Brixiæ, de quibus perdiligens inuestigatio mentionem aliquam à tempore Beati Gualæ Episcopi nostri ab anno 1225. vsquè ad 1239. mihi potuit exhibere. Antea enim nullum apud nos de Vicariatu Generali inueni testimonium; cum facilè præmortui Episcopi solis Auditoribus vterentur: sicuti iàm, ab antiquioribus temporibus, Ecclesiæ Romanæ mos fuit.

Hunc Catalogum omni qua potui sedulitate collegi ex vetustis Regijstris, Rogitis, & Scripturis Curiæ Episcopa-

lis,

lis, Archiuique Canonicalis, & ex aliquibus alijs, maximè ex Io. Francisco Florentinio, qui multa ad decus Ecclesiæ Brixianæ suo labore complexus est. Nonnulli verò huiusmodi Vicarij, etsi vno tantum in loco denuntientur; iterato tamen, ad breue tempus, officio functi sunt, in quo frequenter, iuxta antiqui temporis vsum renouabantur.

In hac serie ordinanda nullam, qua in superioribus vsus sum, elucidationem adhibui, cum ferè nullam inuenerim. Vndè si tibi vt velles, et vt sanè peroptarem in hoc tibi non satisfacio, me excusatum habeto. Deum exora, vt me ad Quartum Catalogum, pro Ecclesiæ Brixianæ honore laborantem, ducat. Prosperè Vale.

Vicario-

VICARIORVM
GENERALIVM
BRIXIANI EPISCOPATVS
Catalogus Tertius.

Anni Dñi
1235 Arditius de Scarpizolo agri Brixiani Pago.

1255 Brixianus de Carzago Riperiæ Benacensis Brixię Pago.

1264 Magister Aegidius de . . . . . .

1271 Albertus de Maggis Patritius Brixianus Canonicus.

1275 Bonauentura de . . . .

Coz-

1299 Cozzaynus de Margottis de Capreolo Pago Brixiæ.

1304 Guidottus de Arcellis de Bononia Præpositus S. Petri in Oliueto.

1309 Mapheus de Maggis Patritius Brixię, & Canonicus.

1310 Bonauentura de Saluaticis Canonicus Parochialis S. Marię Herbusci Brixię Pagi.

1318 Simon de Sancto Stephano Custos Ciuitatis Lunensis, nunc Sarzana.

1319 Carlinus de Iustinice Canonicus Albingaunen.

1320 Petrus de Redecossanis de . . . .

1327 Dusius Botigella de . . . .

1336 Giulielmus de Cremona Decanus Aquileiæ.

1334 Fr. Thomas ex Ordine Heremitano S. Augustini Episcopus Ceruiensis.

1340 Iacobus de Actis Mutinensis Canonicus S. Pauli Leodiensis.

Iaco-

1342 Iacobus de Rouanis Canonicus Mutinensis.

1343 Ioannes de Desenzano Oppido temporalis iurisdictionis Brixiæ.

1344 Armannus de Marthano Parmensis Canonicus Tridentinus.

1348 Phæus de Aretio Ciuitate Aetruriæ.

1354 Bertramus de Malcolzatis de . . .

1361 Henricus de Velate Mediolanensis.

1364 Franciscus Præpositus Sancti Ioannis de Incisa Aquensis.

1365 Genuasius de Albrigonibus de . . .

1366 Dominicus de S. Seuerino Presb. S. Stephani de Monte Sancto Firmensi.

1367 Petrus de . . . . .

1368 Dominicus de Bestagno de . . .

1369 Franciscus Caluus de Placentia Canonicus Plebis Centensis.

1370 Christophorus de Modicis Archipresbyter Mediolani.

1371 Bonifacius de Puteo Archidiaconus Alexandrinus.

1372 Arthemius de Casijs de Placentia Præpositus Sancti Ioannis.

1373 Ioannes de Bulgario Canonicus Vercellensis.

1374 Albertus II. de Maggis Brixię Patritius, & Canonicus.

1378 Ranutius de Tuderto de . . . . .

1379 Ioannes de Contis de Vrbe Roma.

1379 Pasinus de Schierijs Canonicus Cremonæ, & Brixiæ.

1380 Degoldus de Floribus de Parma Præp. S. Io. Baptistæ Brixię ad commune Baptisterium.

1380 Petrus de Vrceis Rector Capellę S. Christophori in Parochiali S. Marię de Calcaria.

1381 Thomas de Zannis Canonicus Bononiensis.

Gilius

1382 Gilius de Pomponcis Canonicus Bononiensis.

1383 Ioannes de Zandobio Archipresbyter Brixiæ, Vacante Sede.

1383 Luchinus de Creschuzano Præpositus Sancti Fidelis Cumarum.

1384 Luchinus de Coxate Archidiaconus de . . . .

1386 Ioannes de Contuis de . . . .

1388 Vincentius de Cumis Placentinus Archipresbyter S. Mariȩ de Terenzano.

1395 Franciscus de Codigario de . . . .

1399 Marius de Vicomercato Canonicus Brixiæ, Sede Vacante.

1401 Iacobus de Mazenta.

1404 Fr. Thomas de Sessa Ordinis Cluniacensis, Prior Monastetij Sancti Nicolai de Verziano.

1411 Nicolaus Malaripa de Auximo.

1413 Barnabas de Goneſſa Archidiaconus.

1414 Dominicus de Ragnadolis de Piſauro Vallis-Triumplinæ Brixiæ.

1415 Ghirardinus de Tuſcis de Sancto Firmo.

1416 Bartholomæus Archipresbyter Plebis Phiſonearum in Valle Camunica.

1417 Beneuenutus de Stortinis de Rudiano diſtrictus Brixiæ Vicedominus Cathedralis.

1418 Auguſtinus de Paſſouicibus de Monte Baroccio.

1419 Nicolaus de . . . . . Decanus Aquileiæ.

1420 Fr. Petrus de Vercellis Ordinis Cæleſtinorum.

1425 Antonius de Bernutijs de Parma.

1426 Ioannes Nauius de Aſula Canonicus, & etiam Præpoſitus S. Agathæ Brixiæ.

1432 Bartholomæus Cartularius de Verona.

1433 Ioannes de Nouellis de Firmo.

Anto-

1335 Antonius de Ducchis de Florentia.

1444 Ioannes Fenarolus Canonicus Cremonensis Rector Parochialis Sancti Georgij Brixiæ.

1445 Petrus Pirranus Episcopus Lesinensis Ordinis Minorum.

1446 Petrus Frixierius Archiepiscopus Corcyræ.

1447 Nicolaus de Machiauellis.

1448 Petrus Pontiemulus de Venetia Canonicus Corphunensis.

1449 Bressaninus de Pretho de Bononia.

1450 Mathæus Episcopus Tyropolitanus.

1451 Balsaminus de . . . .

1453 Dominicus de Caluelis de . . . .

1454 Thomas Malumbra de Bononia Archiepiscopus Corcyrensis.

1456 Paganinus de S. Paulo Episcopus Dulcinensis Commendatarius Parochialis S. Mariæ de Calcaria nuncupatæ.

Bene-

1460 Beneuenutus de Vancio de . . . .

1466 Petrus Bagnacauallus de Verno Canonicus Ciuitatensis.

1467 Petrus de Frixario Archiepiscopus Corphunensis.

1468 Ioannes Baptista de Maggis Brixiæ Patritius, Archidiaconus, & Canonicus.

1471 Nicolaus Perusinus de . . .

1472 Ioannes de Iustis Prothonotarius, Canonicus, & Vicedominus Brixiæ.

1475 Thomas Maluatica Episcopus Odesculensis.

1478 Hieronymus de Michaelijs Archidiaconus, & Canonicus Tragurensis.

1479 Leo Episcopus Scytiensis.

1482 Marcus Niger Episcopus Auserensis.

1483 Syluester de Bonacursis.

1486 Bonadeus de Negronis Episcopus Insulensis.

Carolus

1488 Carolus Bosellus Bergomensis Episcopus Auiensis.

1489 Iacobus de Vitijs, de Oppido Clararum, Canonicus Brixiæ.

1498 Gaspar de Gastacenis de . . . .

1500 Victor Villarescus Prothonotarius Apostolicus.

1502 Marcus Saraccus Archiepiscopus Neupotensis.

1510 Hieronymus de Rangonibus Prothonotarius Apostolicus.

1513 Michael Episcopus Trausensis.

1516 Petrus Durantus Brixianus Archidiaconus, & Canonicus Patriæ, deindè Episcopus Termularum.

1517 Baptista de Caperonibus, Canonicus Brixiæ Rector Parochialis S. Clementis.

1519 Philippus de Vegijs Archiepiscopus Naxiensis.

1521 Christophorus Magnauinus Brixianus Archipresbyter Cathedralis, deindè Asulę, & Episcopus Volignani.

Ma-

1522 Mathias Vgonius Brixię Patritius Episcopus Phamagustanus.

1536 Laurentius Mutius de . . . . .

1539 Hieronymus Vescherius de Carpo Episcopus Guardiensis.

1541 Angelus de Cremona Episcopus Baritensis.

1542 Annibal Grisonius Canonicus Iustinopolitanus.

1546 Ioannes Petrus Ferretus de Rauenna Episcopus Milenensis.

1548 Vincentius Nicosantius de Fano Episcopus Arbensis.

1552 Benedictus de Nobilibus de Lucca Episcopus Acciensis.

1555 Gregorius de Peruschis Romanus Episcopus Thelesinus.

1558 Vincentius Durantus Brixianus Episcopus Thermularum; Sede Vacante.

1561 Paulus Alenius Brixianus Canonicus.

Iaco-

1569 Iacobus Rouellia de Salodio insigni Oppido Brixiano.

1572 Ludouicus Ariuabenus de Mantua Archipresbyter Caneti in Brixiana Diœcesi.

1574 Hermolaus Arlottus è Regio Lepido Archipręsbyter Bidizzolarum.

1574 Tranquilus de Soldis Brixianus, Canonicus.

1579 Hieronymus de Caballis Brixianus, Canonicus, & Cantor: Sede Vacante.

1580 Hermolaus idem Arlottus Archipræsbyter Bidizzolarum.

1584 Franciscus Bucellenus Brixianus Canonicus Sede Vacante.

1587 Petrus Mathæus de Coruinis Brixianus, Canonicus.

1594 Ioannes Insulatus de Cononia.

1597 Faustus Melarius: deinde Episcopus Clunensis.

1600 Io. Baptista Aueroldus Patritius Brixię, Canonicus Cathedralis, & Præpositus Sanctorum Nazarij, & Celsi.

1602 Octauius Saracenus Senensis.

1606 Iulius Tertius Lana Brixiæ Patritius. Postea Episcopus Vulturarensis.

1607 Antonius Arboreus Canonicus, & Præpositus Sanctę Agathæ Brixiæ.

1617 Octauius Alenius II. Brixianus.

1618 Nicolaus de Noualibus de . . . . . .

1620 Gabriel Albericus Canonicus Bergomi.

1622 Dominicus de Faustinis Brixianus Canonicus SS. Nazarij, & Celsi.

1624 Horatius de Federicis Brixianus Canonicus Bergomi.

1626 Cornelius Meliorius Sarzanensis.

1628 Fabius Bargnanus Brixię Patritius, & Canonicus.

Octa-

1634 Octauius de Tertijs Brixianus Archidiaconus, & Canonicus Brixiæ.

1636 Marcus Antonius Zanibonus Paduanus, in Cathedrali Brixiȩ Vicedominus.

1640 Georgius Serina Patritius Brixiȩ, & Canonicus Pœnitentiarius.

1614 Carolus Antonius Lucciaghus Brixiȩ Patritius, Archidiaconus, & Canonicus Patriæ, cui à Deo fit diuturna ſalus, atquè ſempiterna foelicitas.

Finis Tertij Catalogi.

1614 Octauius de Tempis Brixianus Archidiaconus, & Canonicus Brixiæ.

1656 Marcus Antonius Zonbonus Paduanus, in Cathedrali Brixiæ Vicedominus.

1669 Georgius Serina Patritius Brixiæ, & Canonicus Pœnitentiarius.

1671 Carolus Antonius Luzzaghus Brixiæ Patritius Archidiaconus, & Canonicus Patriæ, cui à Deo sit diuturna salus, atque sempiterna fœlicitas.

Finis Tertij Catalogi.

OMNIVM ECCLESIARVM

Magnæ Hierarchiæ

BRIXIANAE

Cum earum Titulis, & Prærogatiuis.

Catalogus Quartus.



BRIXIÆ, M. DC LVIII.

Apud Antonium Ricciardum.

Superiorum Permissu.

Omnium Ecclesiarum

Cum proprijs Titulis, atque Prærogatiuis

Magnæ, Brixianæ Sedis,

Hierarchiæ

CATALOGVM QVARTVM

Celebri, ac Copioso Clero Brixiano,

Eminentiss. & Reuerendiss. D.

Antistiti suo Eximio

D. PETRO CARDINALI

OTTHOBONO

Veram obedientiam

Atquè reuerentiam

Profitenti

In venerationis monumentum

Bernardinus Faynus.

D. D. D.

Omnium Ecclesiarum

Cum propriis Titulis, atque Prærogativis

Magnæ Britanniæ Scotiæ

Hierarchiæ

CATALOGUM QUARTUM

Celebri, ac Conspicuo Clero Britanno,

Eminentissimo, & Reverendissimo D.

Antistiti suo Eximio

D. PETRO CARDINALI OTTHOBONO

Verum obsequium

Atque reverentiam

Profitentes

In venerationis monumentum

Servitores, Fr....

D. D. D.

Auctor Lectori Studioso.

COELVM magnæ Hierarchiæ Sedis Brixianæ, Ecclesiasticam Iurisdictionem ad centum milliaria longitudinis, & ad latitudinis quinquaginta abundè suo orbe concludens, cum tot, tantisquè præclaris Luminibus non tàm sibi, Patriæquè, ac Prosapijs; verum & multis alijs Ciuitatibus splendescere, tribus superioribus Catalogis videris. Ne cætera huius sacri Cœli tibi illustria celem ornamenta, Quartum hunc propterea scribere studeo, in quo veluti in aperto, serenoque firmamento, omnes tùm Ciuitatis huiusce, tumquè totius amplæ eius Diœcesis Ecclesias omnes, sub sexaginta, Foraneas Vicarias, Episcopi arbitrio obnoxias, & quasi in tot regiones distributas, veluti sydera non errantia, sed fixa, splendoreque sacro tàm fulgentia palam facere contendo: vt difficilè, & raro alibi sit nitidius excultas, tantaque elegantia excitatas, ab ipsis exteris eas inuisentibus fatendum sit.

Hic eorum Nomina, Dignitates, Titulos, ac Prærogatiuas numerumquè animarum cuiuscunque Parochiæ (ab anno 1630. *ob temporum calamitates ferè dimidiatū) leges; illis multis omissis, quæ etsi temporalis Iurisdictionis Bri-*

xiæ sint; in Spiritualibus tamen Episcopatui Veronensi subsunt. Vocabula quoque ex consequenti omnium Spiritualis Brixianæ Prouinciæ Oppidorum, Pagorumquè, ac Locorum cuiuscunque sint conditionis habebis; quibus regionis magnitudinem, amplitudinem, magnificentiamque tibi scire cupienti exhibitam esse cognosces, quæ tantas Ecclesias, Oratoria, Beneficia, Dignitates, Oppidà, Vilas, cum Terriculis, & Viculis, penè innumeris, ac Clerum valdè copiosum suo sinu complectitur.

Descriptionem quoque, ordine alphabetico digestam, omnium Sanctorum, in hoc Brixiano *Cælo Lucentium; nec non & illorum, quorum memoria adhuc tantum in* Benedictione *est, in hoc eodem Catalogo habebis.*

Et ne quid legentis curiositas, vel delectabilis virtus in hoc Cælo Ecclesiastico desiderare habeat claritatis, addam Nomina, Locaque, ac Proprietates multarum Ecclesiarum, quas in Ciuitate*, et per circuitum Antiquitas obseruabat, quæ tamen vel funditus euersæ, vel profanatæ, seu in religiosis ædificijs conuersæ existunt.*

Vtquè de huius Catalogi *veritate non ambigas, eundem ex Registris Episcopalium Visitationum apud Archiuum Episcopale detentis, atquè etiam ex vetustis Ecclesiæ* Cathedralis Canonicorum *libris me accepisse, tibi notum facio.*

Si *aliquid in his quatuor* Catalogis Compendiarijs *minus delectabile inuenies, imperitiam meam arguito. Si vero aliquid dignum laude:* Bonitati *Dei, qui sua sapientia optimè omnia disponit, et dat nobis velle, posse, et*

persi-

perficere, tribuito. Scito tamen, me vt tibi gratum facerem, nullum ſtudium, nullum laborem, nullamquè indagationem in ijsdem colligendis neglexisse. Successoribus facilè erit inuentis addere, ſi addenda inuenient; dummodo ea voluerint perscrutari.

Accipe ſincere Lector lubenti animo, quæ præcipuè ex Antiquitatum Arcanis maximo labore delibaui, et suauiter lege, Deumquè exora: vt ad eius gloriam continuò me laborantem inueniat. Vale feliciter.



OMNIVM ECCLESIARVM

Magnę Hierarchię BRIXIANÆ

Catalogus Quartus.

Ecclesię Ciuitatis.

ECclesia Cathedralis, omnium aliarum Mater, Princeps, & Superior, Assumptionis Beatæ Virginis Mariæ Titulò gaudet, quæ vulgò S. Maria Rotonda ab eiusdem rotondo ambitu denominatur. Est Parochialis, & perantiqua, elegantis tamen architecturæ, cum duobus Sacrarijs distinctis. Habet Septem Altaria, & subsequentes Dignitates in Choro, quibus præcipuè congruit Episcopo functionibus Episcopalibus incum-

incumbenti aſſiſtere, & inſeruire, & primarias Sedes in Choro ordinatim habere.

Archidiaconum, qui primam obtinet Sedem poſt Epiſcopalem, & Epiſcopi oculus dicitur, ad cuius dexteram aſtat in functionibus, & eidem in Pontificalibus celebranti, primi Diaconi à dextris officio fungitur.

Archipręsbyterum, ad quem maximè Cura animarum, cum duorum Parochorum manutentione pertinet; & abſente Epiſcopo, Epiſcopales functiones Eccleſiaſticę in primo loco illi demandantur: eoque in Pontificalibus celebrante, Aſſiſtentis munus ipſe ex officio ſuſcipit.

Præpoſitum, ad quem ex antiqua conſuetudine ſpectat Eccleſiæ bona tueri, & Epiſcopo in Pontificalibus incumbenti, primi Subdiaconi ad eius ſiniſtram miniſterium exercere.

Vicedominum, qui, vacante Sede, iurium, & bonorum Epiſcopatus curam debet ſuſcipere, eaquè vſquè ad noui Epiſcopi electionem conſeruare.

Cantorem, cuius ſunt partes, Calendarium annuum, & alia ad ritè Diuina officia celebranda ordinare, & Epiſcopo Pontificalia exercente, Paſtorale Baculum manibus cuſtodire.

Decanum, qui Miniſtris tùm Choro, tumquè Sacriſtiæ inſeruientibus præeſſe debet, eoſquè rectè dirigere ad Eccleſię munera rectè obeunda.

Canonicos habet ſeptendecim omnes reſidentes in Choro, & in ſubſequentem triplicem ordinem diſtinctos,

qui

qui soli Capitulum Canonicale constituunt, & distributiones vtriusquè Mensæ percipiunt: in quorum numero sunt etiam Theologalis, & Pœnitentiaria. Omnes tùm Dignitarij, tùm Canonici pares gestant Almutias Armelinas cum tergo serico purpurati coloris.

Canonici primi Ordinis sunt nouem Præsbyteri, qui statis solemnibus diebus Missam Conuentualem solemni ritu alternatim canunt, cum vtrisquè Vesperis, & præcipuè cum Episcopus Capellam, vt vocant, facit.

Canonici secundi Ordinis sunt quatuor Diaconi, qui officium sibi creditum canendi sacrum Euangelium tunc alternè exercent, cum Episcopus Missæ Sacrum solemniter agit.

Canonici tertij Ordinis sunt quatuor Subdiaconi, qui secundum eorum Sacrum Ordinem, Episcopo solemni cerimonia celebranti, cum vicissitudine inseruiunt.

Canonicum quoque vnum habet supernumerarium cum simili Almutia, qui electus à Generali Ciuitatis Concilio ad celebrem Capellaniam S. Petri (quam cum ressidentiæ obligatione Ioannes de Zandobio Archipresbyter huius Eccl. Cathed., anno 1404 instituit, ac dotauit) exhibetur Capitulo Canonicorum, cui huius Beneficij collatio, & Bullarum expeditio est demandata. Demum sic Præsidibus Ciuitatis exigentibus, Canonicus supernumerarius pro vltima Sede efficitur, & Mensæ Communis particeps constituitur.

Man-

Manſionarios habet ſex, è quibus tres nuncupantur Honorabiles, quibus omnibus competit, hebdomadario ordine, miſſam viciſſim Conuentualem canere, & Officium Diuinum in Choro regere. Hi omnes vtuntur Almutijs ordinarijs, non Canonicalibus.

Capellanos Titulares in Choro reſidentes habet decem, omnes lucrantes diſtributionem de Menſa Communi tantum.

Capellanos non reſidentes, qui ad ſolam celebrationem tenentur, tredecim.

Cerimoniarum Magiſtrum pro Epiſcopalibus functionibus, vel quaſi Epiſcopalibus.

Choriſtas quatuor, habentes onus quotidiè Choro inſeruiendi.

Diaconos duos, duosq; Subdiaconos viciſſim Miſſę Conuentuali inſeruientes, cum vno Sacerdote Aſſiſtente Miſſis Solemnibus Canonicalibus.

Accolitos quatuor, qui iuxta eorum officium Diuinis dant operam.

Clericos denique ſeminarij permultos, qui maximè diebus feſtis, Choro, & Diuinis officijs incumbunt.

Primaria hac Parochia Cathedralis in ſuo ſinu amplectitur.

ECcleſiam S. Petri Maioris nuncupatam, quæ erat ſecunda Cathedralis; ſed vetuſtate labans, nunc ad magnificentiæ oſtentum, & Ciuitatis æternum ſplen-

ſplendorem, expenſis Communibus reædificatur; atquè in priſtinam Dignitatem aliquando reſtituetur. Ad Tàm celebris fabricæ maximum decorem, ære proprio erexit recolendus ille Marinus Georgius iàm Brixiæ Epiſcopus Capellam vtique egregiam, & admirandam, Deiparæ Virgini Aſſumptę ad Cœlos, ac Diuo Carolo hujus Prouinciæ Cardinali Metropolitano, nec non Diuo Franciſco eius Tutelaribus dicatam, atquè dotauit.

Eccleſiam Beatæ Virginis Mariæ, ſub vocabulo Lauretanę, nuper erectam, in qua eſt Aedicula ad inſtar Sanctæ Domus de Laurethoj & quędam B. V. Marię miraculoſa Immago veneratur, huc ex loco ad męnia Ciuitatis de Albara nuncupato, in quo ſe Matrem miſericordiæ nobis cæpit multis oſtendere beneficijs, translata. Apud hanc Eccleſiam Mulieres Conuertitę ſuum habent Domicilium.

Eccleſiam S. Deſiderij, cui adiacet habitatio Monachorum, qui vocantur Cæleſtini.

Oratorium S. Ioannis Euangeliſtę (vulgò S. Giouannino) aliàs cum Cura animarum, Archipręsbyteratui Cathedralis cum eadem Cura aggregatum. Hic adoleſcentes feſtis diebus ad B. V. Mariam officio celebrandam accedunt.

Oratorium S. Vrbani, iuris Monialium S. Mariæ Magdalenæ, vbi primitus ipſæ vitam degere ſolebant.

Oratorium SS. Simonis, & Iudę, quod antiquitus erat Hoſpitium Canonicorum Regularium ad S. Mariam

X Magda-

Magdalenam in Monte Denno in faciem Ciuitatis iàm diù habentium Monasterium. Nunc est de iure Canonicorum pariter Regularium Lateranensium S. Aphræ, quibus præteritis sæculis illud Monasterium vnitum fuit cum suis iuribus, & proprietatibus. Hic viri sæculares, ex indulto eorundem Lateranensium, operibus deuotionis incumbunt.

Oratorium S. Mariæ Consolationis, quod est Mensæ Communis Cathedralis Brixię, quò deuoti viri pijs exercitijs conueniunt.

Oratorium S. Saluatoris à sæcularibus, ibi Christiana opera exercentibus, erectum.

Oratorium duplex Omnium Sanctorum, Monasterio SS. Faustini, & Iouitę iàm vnitum, Vbi sęculares deuotionis officijs vacant.

Oratorium in Pallatio Broletti pro D. Pretore Ciuitatis.

Oratorium aliud ibidem ad vsum D. Pręfecti Ciuitatis.

Oratorium SS. Faustini, & Iouitę repositorum, iuris Ciuitatis Brixię, vbi adolescentes festis diebus ad Horas B. V. Marię recitandas congregantur.

Oratorium S. Augustini, ad quod Capitulum Cathedralis processionaliter accedit in eius die festo ad canendum Missam, erat priscis temporibus Capella propria Canonicorum communiter tunc in Canonica viuentium; vbi ad agendum communia se colligebant. Huic deindè per aliquod tempus cura

ani-

animarum adiuncta fuit; & modò Nobilis Confraternitas Misericordię, sub inuocatione S. Io: Decollati (cui ex instituto, Carceratorum, & maximè patibulo afficindorum, cura incumbit) hic ex concessione, sua exercitia habet.

Oratorium S. Benedicti, iuris patronatus Abbatię S. Benedicti de Leno in Agro Brixiano.

Oratorium S. Iacobi Apostoli in Paganora Fratres S. Dominici habent suo Monasterio vnitum, quò multi fideles ad sacrum Rosarium recitandum conueniunt.

Oratoriũ S. Margarithæ, de iure patronatus Domus Nigrobonę. Vtuntur hoc viri sęculares ad deuotionis opera.

Oratorium S. Petri Congregationis Apostolicę virorum tùm Nobilium, tùm Mercatorum, qui omni die Dominico ad Charitatis opera, pro subleuando congruis eleemosinis Ciuitatis pauperes erubescentes, conueniunt.

Oratorium SS. Hyppoliti, & Cassiani, in quo habet ius Capitulum Cathedralis, vbi pro canendo in eorum die festo Missam solemnem quotannis conuenire solet. Disciplini huius Parochiæ pro suis officijs hoc sibi creditum tenent.

Oratorium S. Sthephani in Arce, vbi Diuina pro illic degentibus exercentur.

Oratorium B. Virginis Marię in ambitu Arcis extructum.

II.

ECclesia insignis Collegiata SS. Nazarij, & Celsi est Prepositura Parochialis. Habet decem altaria, Sedem quasi Episcopalem, duas Dignitates, & decem Canonicos omnes residentes, & distributiones Lucrantes, qui sunt ad instar Cathedralis instituti, vtentes Almutijs, & legitimum Capitulum efformantes. Et sunt.

Prępositus, qui est prima Sedes, habens vsum Pontificalium pro certis anni Solemnitatibus.

Primicerius, qui post Prępositum, tenet primam Sedem in Choro.

Canonici quatuor, quibus Cura animarum inhæret.

Canonici sex alij sine Cura animarum.

Capellani quatuor residentes in Choro.

Parochum etiam habet specialem, & amouibilem, quem manutenent Prępositus, & Canonici Curati simul.

Sacristam quoque, & ministros ad Diuina solemni, vel duplici ritu celebranda, Assistentem scilicet Sacerdotem, Diaconum, & Subdiaconum, & duos Acolytos, quibus accedunt multi Clerici ad Diuinis officijs festis diebus inseruiendum.

In ambitu huius Parochiæ habentur.

ECclesia S. Francisci cum Monasterio Fratrum Conuentualium Ordinis eiusdem Sancti, & Oratorium

rium S. Bernardini Senensis pro Disciplinis.

Ecclesia S. Mariæ Angelorum, cum Monasterio Monialium Ordinis Eremitani S. Augustini, sub regimine Ordinarij degentium.

Ecclesia S. Andreæ, cui adiacet locus pietatis (vulgò il Soccorso) pro mulieribus, quę à carnis, & mundi illecebris aufugiunt.

Ecclesia S. Mariæ de Templo, quę Mansio vocatur, iuris Equitum Melitensium, atquè Paratici Ferrariorum, qui hic conueniunt ad celebrandum diem Natalem S. Eligij eorum Protectoris.

Ecclesia S. Marię Miraculorum de iure patronatus Ciuitatis, vbi cultu celebri, & deuoto asseruatur antiqua eiusdem Immago Miraculosa.

Ecclesia S. Caroli, cum pergrandi, ac magnifico diuersorio (Domus Dei inscripto) in quo vtrius sexus pauperes inutiles, inhabiles, & inualidi seorsùm aluntur.

Ecclesia S. Crucis, cum Monasterio Monialium Ordinis Eremitarum S. Augustini, quę Ordinarij curæ subsunt.

Ecclesia B. V. Mariæ, dicta de Mercatu Lini, quę regitur sub cura Domus Dei.

Oratorium S. Nicolai de Tolentino cum sodalitio laicorum.

Oratorium SS. Nazarij, & Celsi pro Disciplinis huius Parochiæ.

In-

In eodem ambitu extra Mœnia Ciuitatis ſunt.

ECcleſia Curata Aſſumptionis B. V. Mariȩ (vulgò la Chieſa Noua) quȩ eſt ſubordinata eidem Colleg.

Oratorium Viſitationis B. V. Mariȩ in Botonacha, iuris Domus de Rouatis.

Oratorium S. Rochi in Botonacha, nunc in poteſtate Familiȩ Moronȩ.

Oratorium S. Mariȩ de Serpente, in quo habent ius Domus Piſcheria, & Rouata.

Oratorium B. V. Mariȩ (vulgò la Madonnina) propè portam Ciuitatis, de iure Capituli eiuſdem Eccleſiæ Collegiatæ.

Oratorium SS. Fauſtini, & Iouitȩ in Codignola ab illa Vicinia excitatum, commoditatis gratia.

Oratorium S. Antonij Abbatis apud eundem locum iuris Prępoſiturȩ S. Agathæ.

III.

ECcleſia S. Agathȩ eſt Prępoſitura Parochialis, quȩ aliquando fuit vti Collegiata, habens quinq; Altaria, & pręter alias, tres Capellas beneficiales Curatas, quarum Collatio eſt de iure Prępoſiti, & ſunt.

Capella S. Andreȩ cum Cura animarum.

Capella S. Agnetis cum Cura animarum.

Capella S. Euphemiæ cum Cura animarum.

In-

Intra huius Parochiæ fines existunt.

ECclesia SS. Cosmæ, & Damiani, cum Monasterio Monialium Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, sub regimine Monachorum SS. Faustini, & Iouitę.

Ecclesia S. Antonij Abbatis, cum Collegio Patrum Societatis Iesu, quam etiã pro maiori parte, existimant in sua Parochia Capitulum Collegiatę SS. Nazarij, & Celsi.

Oratorium S. Petri Martyris pertinens ad Fratres Dominicanos, in quo viri sæculares officijs deuotionis incumbunt.

Oratorium S. Ambrosij cum beneficio clericali, vbi à Disciplinis huius Parochiæ pia exercitia habentur.

IV.

ECclesia S. Laurentij est Præpositura Parochialis cum quinque Altaribus, habens Capellam S. Mariæ de Misericordia nuncupatæ, quæ est de iure patronatus Domus Aueroldę, cuius Capellanus beneficialis tenetur Curam animarum exercere; & Capellanum S. Mariæ de Passione, cuius electio ad Præpositum spectat, qui tenetur coadiuuare in Cura animarum.

Ambi-

Ambitus huius Parochiæ concludit.

ECclesiam S. Dominici, vtique magnificam, cum Cœnobio Fratrum Ordinis Prædicatorum.

Ecclesiam S. Mariç Magdalenç, aliàs Præposituram Fratrum Humiliatorum, vbi in Monasterio degunt Moniales Ordinis Eremitani sub Regula S. Augustini, huc ex loco S. Vrbani, apud quem suam originem posuerant, translatæ.

Ecclesiam Epifaniç Mysterio dicata, cui inhæret locus Pietatis, ad puellas Orphanas paupertimas educandas, ordinatus.

Ecclesiam S. Vrsulç, quam Virgines Societatis eiusdem, in eius honorem, erexerunt.

Oratorium S. Catharinç Senensis, intus Hospitale Mulierum infirmarum constructum; quod Hospitale ideo nuncupatur Incurabilium; quia ab eius origine fuit verè pro morbis Incurabilibus, sub inuocatione S. Iobbi, institutum.

Oratorium S. Laurentij pro huius Parochiç Disciplinis fundatum.

V.

ECclesia S. Georgij Parochialis Prçpositura est. Habet sex Altaria, & Parochum Coadiutorem ad nutum Prçpositi amouibilem; ad curam animarum exercendam.

Intra huius Parochiæ confinia sunt.

ECclesia, & Monasterium S. Iosephi Fratrum Minorum de Obseruantia, habens Capellas vigintitres cum suis Altaribus.

Oratorium S. Thomæ Apostoli, apud quod adest Consortium laicorum.

Oratorium Confratrum Disciplinatorum sub inuocatione S. Georgij.

Oratorium existens in publicis Carceribus ad plateam maximam.

VI.

ECclesia Visitationis Beatæ Virginis Mariæ ad Helisabeth, quæ iccirco dicitur de Calcaria, quia Nobilis, & antiqua Calcaria Domus illam instituit, & dotauit. Hæc modo nobili structura à fundamentis reedificatur cum quinque capellis, siue altaribus, & est Parochialis Archipræbenda, habens Parochum Coadiutorem, ad voluntatem Archipræsbyteri amouibilem; cui animarum cura iuncta est.

Hæc Parochia suo ambitu complectitur.

ECclesiam, & Monasterium S. Spiritus Monialium Ordinis Cassinensis sub Regula S. Benedicti, cuius clauum Ordinarius tenet.

Ecclesiam, & Monasterium S. Pauli Monialium Ordinis Eremitani S. Augustini, sub Ordinarij administratione viuentium.
Ecclesiam, cum Monasterio Monialium S. Marthæ Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia, à quibus apud S. Iosephum existentibus, ipsæ reguntur.
Oratorium S. Syri cum beneficio Clericali simplici, in quo deuotionis exercitia viri sęculares agunt.
Oratorium Disciplinatorum huius Parochialis sub SS. Sauini, & Cypriani fratrum Martyrum Brixianorum deuotione militantium.

VII.

ECclesia S. Zenonis, apud Forum Nonij Arij, est Rectoria Parochialis cum tribus Altaribus, & Parocho Coadiutore, Rectoris arbitrio amouibili, cui animarum cura demandatur.

Sub confinijs huius Parochiæ concluduntur.

ECclesia S. Petri Oliueti, quæ habet Monasterium Canonicorum Ordinis Beati Laurentij Iustiniani primi Patriarchę Venetiarum.
Ecclesia in honorem Sanctissimi Corporis Christi, cum Monasterio Fratrum Iesuatorum, Beati Ioannis Colombini institutum sequentium.
Ecclesia, & Regium Monasterium Monialium S. Iuliæ Ordi-

Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, sub gubernio Monachorum S. Euphemiæ.

VIII.

ECclesiam S. Aphræ (ob tantæ Martyris deuotionem eius Parochia sic à populo denominata) ab eius vsquè vetustissimis primordijs S. Faustini ad Sanguinem vocabatur: SS. Martyrum namquè pene innumerabilium, & præcipuè Faustini, & Iouitę Ciuitatis Patronorum, qui inibi succrescente in Brixianorum cordibus Christiana fide necabantur, & decollabantur, est vndequaquè imbuta, sacrisq; eorundem innumerabilibus Corporibus referta.

Hęc Parochialis Ecclesia à Pręsbyteris primo administrata, cum longo tempore sub Canonicorum Regularium cura deindè fuisset, & successiuè Fratrum Prædicatorum, quos ibidem ipse S. Dominicus Brixiam adiens instituit; in Præsbyterorum subindè potestate, sub titulo Pręposituræ Parochialis, restituta fuit.

Verum cum anno 1517 ad Ciuitatis munimen, congrua circum eam fieret planities, & inter cætera etiam Sancti Saluatoris Ecclesia, & Monasterium solo æquarentur, vbi Canonici Lateranenses incolebant; ipsi eundem S. Apię locum à Pręposito Thoma Capreolo cum obtinuissent (mutato Nomine) in antiquę eorum Ecclesię memoriam S. Saluatorem, nominarunt.

Ecclesia hęc, quam ijdem Canonici Regulares maximo splendore retinent, duplex est. Inferior scilicet cum tribus Altaribus, vbi Parochialia exercentur. Et superior nobilissima, quæ habet Altaria nouem plena ossibus SS. & Cathedram Abbatialem.

Hac Parochia complectitur.

Ecclesiam, & Monasterium S. Euphemię Monachorum Cassinensium.

Ecclesiam, & Monasterium S. Barnabę Apostoli Brixiæ, Fratrum Eremitarum S. Augustini de Obseruantia Lombardię.

Ecclesiam, & Monasterium SS. Petri, & Marcellini, vbi in antiquis sæculis Canonici Regulares degebant; deindè Moniales Ordinis eiusdem, quæ postea ad SS. Iacobum, & Philippum iam fuerunt translatę, ortum habuerunt. Et modò Fratres Capucini paupertimam in arcta obseruantia vitam ducunt. Húc Capitulum Cathedralis in Festo eorundem Sanctorum processionaliter accedunt ad canendum Missam solemnem, & ad suarum ibi iurium conseruandam memoriam.

Ecclesiam Purificationis B. V. Marię (vulgò la Pace) apud quam Patres de Oratorio nuncupati, Institutum S. Philippi Nerij sectantes, totius Ciuitatis exemplo, & fructu habent Collegium.

Ecclesiam S. Bartholomei in Contignaga vocatam, prius vetu-

vetuſtis temporibus Hoſpitale infirmorum, deinde Domum fratrum Humiliatorum, poſtremo Prępoſituram Commendaticiam vocauerunt.

Oratorium S. Aphrę ad vſum Diſciplinatorum huius Parochię.

Oratorium S. Barnabę pro Diſciplinis ſub eius patrocinio militantibus.

Extra Muros Ciuitatis habet.

ORatorium S. Mariæ in loco vocato *la Maggia*, quia à Maggis erectum, quod nunc familia Rufetta poſſidet.

Oratorium S. Mariæ in loco, qui dicitur la Volta, iuris familię de Salicijs.

Oratorium S. Mariæ in loco dicto la Ponteuica, quia eſt iuris Domus de Ponteuicis.

Oratorium S. Bernardi in loco communiter nuncupato il Bioccho, de iure Monaſterij S. Aphræ.

Oratorium S. Antonij Abbatis apud agrum Familię de Longhis.

LX.

ECcleſia S. Ioannis Euangeliſtę, quę eſt Parochialis, à Deforis Brixia, ſiuè in Pomario antiquitus dicta: quia ante Ciuitatis extenſionem ad plagam occidentalem, extabat in Suburbio. Hoc à ducentis retrò annis erat Præpoſitura ſub Presbyterorum admi-

niſtra-

niſtratione, ad quam Canonici Regulares S. Saluatoris Regulam S. Auguſtini profitentes tunc euocati, hactenus demorantur, Eccleſiamque eandem vetuſtate ſatiſcentem continuò reformant. Habet hęc nouem altaria cum Maiori, quod cum eius Capella nuper renouatum eſt, atquè Cathedram Abbatialem.

Hæc Parochia magno ſuo amplexu tenet.

ECcleſiam celebrem, & Monaſterium S. Mariæ Gratiarum, quod incolunt Fratres Hieronimythani Fieſulanę Congregationis. Huic adhęret parua, ſed perantiqua Eccleſia, quæ cum aliquali Cœnobio erat Fratrum Humiliatorum, in qua veneranda, miraculiſquę floridiſſima Immago Deiparę Virginis Mariæ continuò colitur.

Eccleſiam S. Mariæ ad Niues, & Monaſterium Capucinarum ſub Ordinarij moderatione exiſtentium.

Eccleſiam SS. Trinitatis, apud quam adeſt locus pius Miſericordiæ pro Orphanis Pueris pauperrima vita laborantibus, ſub cura Patrũ Congregationis Somaſchę.

Eccleſiam, & Monaſterium S. Catharinæ pro Monialibus Ordinis Dominicani, quarum regimen agunt Fratres S. Dominici.

Oratorium S. Zenonis Epiſcopi pro innuptis Adoleſcentibus ſub protectione S. Ioannis Baptiſtę. Retroactis ſæculis erat Eccleſia Curata, quæ fuit Prępoſiturę eidem

S. Io-

S. Ioannis Euangelistæ vnita, Hucq; veniunt ijdem Regulares Canonici ad Diuina facienda in die festo S. Zenonis, pro iurium suarum conseruatione.

Oratorium Sancti Ioannis Marci pro Disciplinis huius Parochię.

Oratorium S. Rochi pro Confratria Laicorum sub eiusdē Sancti innocatione.

Oratorium S. Mariæ ad Helisabeth pro Confratribus sanctissimi Rosarij.

Oratorium S. Mathiæ Apostoli pro vsu Disciplinatorum eundem sanctum colentium.

Oratorium aliud S. Mathię Apostoli annexum Abbatię SS. Geruasij, & Prothasij extra muros. Hic viri sæculares officia denotionis habent in diebus festis.

Oratorium SS. Gosmæ, & Damiani pro Disciplinis sub eorum titulo militantibus.

Oratorium S. Caroli, in quo adolescentes operibus deuotis operam nauant.

X.

ECclesia antiqua S. Marię in Sylua est Parochialis. Hic cum post annum octocentesimum veneranda Corpora SS. Martyrum Faustini, & Iouitę Brixiæ Patronorum translata fuissent; populus (relicto priori titulo) ab eisdem Sanctis eam denominarunt. Cępto deinde currenti sęculo Millesimo sexcentesimo, Ecclesia hęc nobili Architettura, picturaque à fundamentis cum octo Altaribus renouata, admi-

admirandum illud, & præclarissimum Mausolęum, in quo eorundem Martyrum sacra immortalitatis pignora recunduntur, retrò, & propè Aram Maiorem à Ciuitate erectum, quasi in amplexibus tenet, ac custodit.

Priscis illis temporibus Beatus Rampertus Brixianus Antistes, addito eidem Ecclesiæ celebri Monasterio, & cumulatè dotato, Monachos Cassinates in eodem asciuit.

Nuper in hac recenti Ecclesia, in S. Benedicti Monachorum Patriarchæ cultu, Abbas Horatius Barbisonus Patritius Brixianus, prędefunctorum eius Familię ære, splendidissimam Capellam omnium oculis dignam erexit, & sacris Reliquijs decorauit.

Huius Parochia orbis circundat.

ECclesiam Annunciationis B. V. Marię cum Monasterio Fratrum Carmelitarum.

Ecclesiam S. Franciscę Romanę, cum Monasterio pro Monachis Oliuetanis.

Ecclesiam S. Clarę veteris, cum Monasterio Monialium Ordinis eiusdem, Ordinario subiectarum.

Ecclesiam S. Christophori, aliàs S. Clarę nouæ, habentem Monasterium Monialium Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia, de quibus Fratres S. Iosephi de eadem obseruantia sollicitudinem habent.

Ecclesiam S. Iacobi, & Philippi, cum Monasterio Monialium

nialium Ordinis Canonici Sancti Augustini Congregationis S. Saluatoris, hùc à SS. Petri, & Marcellini loco deductarum. Hæc Ecclesia, & Monasterium erat prius Fratrum Humiliatorum, & modo est Præpositura Commendaticia.

Oratorium S. Iacobi Apostoli propè eandem Parochialem in quo adest Baptisterium.

Oratorium SS. Faustini, & Iouitæ pro Disciplinis huius Parochiæ.

Oratorium Annunciationis Beatę Virginis Mariæ, vbi Disciplini Carmelitani conueniunt.

Extra mœnia vero circumuenit.

ECclesiam S. Bartholomæi in loco, qui dicitur il Lazaretto pro infectis.

Ecclesiam S. Io. Euangelistæ in Burgo Pilarum.

Ecclesiam S. Marię Gratiarum dicta, vltra eundem Burgum.

Ecclesiam S. Bernardi in Costa lunga, iuris Communis Brixiæ.

Ecclesiam S. Gothardi in Colle Digno, cum Monasterio Fratrum Seruorum B. V. Marię.

Oratorium S. Crucis in Colle Digno pertinens ad Fratres Carmelitas.

Oratorium S. Margarithę in eodem Colle extans in potestate eorundem Fratrum Carmelitarum.

Oratorium S. Rochi, vulgò S. Rochino, in via ad S. Bernardum.

Oratorium S. Eustachij propè Pallatium iuris Episcopatus Brixię

Oratorium Natiuitatis B. V. M. in vinea Ronchiua de Zanucchis.

XI.

ECclesia Parochialis S. Alexandri, aliàs Præpositura sub administratione Presbyterorum, cum vndecim Altaribus, quam Antonius de Nardis vltimus Præpositus Fratribus Seruitis cessit anno 1430. Apud quam ijdem Fratres Monasterium habent.

In huius Parochiæ Regione sunt.

ECclesia *S.* Lucę Euangelistę, quæ antiquitus erat Præpositura Fratrum Humiliatorum, deinde Confratria Disciplinatorum, & postremò Parochia specialis pro Hospitali magno, vbi Infantes expositi sine cedula, in Sacro Fonte Lauantur, & hic etiam mortui consignantur sepulturæ.

Oratorium, siue Capella S. Sebastiani, existens in eiusdem Hospitalis Infirmaria, pro viris infirmis fundata, vbi ad eorum consolationē quotidie Celebratur.

Oratorium S. Mariæ de Passione, in quo est Sodalitium Laicorum.

Oratorium S. Alexandri pro Disciplinis huius Parochiæ propè eandem Parochialem.

Ora-

Oratorium Familiæ de Bugattis extra mœnia, commoditatis gratia erectum.

XII.

ECclesia Parochialis S. Clementis cum nouem Altaribus erat iam Rectoria Presbyteralis, quam postremus eius Rector Io: Baptista Caperonus de Prathalboino Canonicus Cathedralis, & Vicarius Generalis Brixiani Episcopatus resignauit Fratribus S. Floriani Ordinis Prædicatorum anno 1517. Quoniam ob illius (ad Vrbis securitatem) loci demolitionem, se aliò diuertere coacti erant. Apud hanc Parochialem ijdem Monasterium habent.

Huius Parochiæ circuitus percipit.

ECclesiam Sanctę Marię de Pace apud quam Moniales Cassinenses habent Monasterium, quas Ordinarius regit.

Oratorium S. Marci Euangelistę de iure patronatus Domus de Aduocatis, quò laici ad pia opera conueniunt.

Oratorium S. Brigidę (anteactis sęculis cum Cura animarum) erat antiquitus de iure Monasterij Monachorum Cassinensium, qui habitare solebant apud Sanctũ Petrum in Monte Vrsino ad decem milliaria extra Ciuitatem. Verum cum ob bellorum calamitates

illud Monasterium fuisset penè dirutum, nec non destitutum: iccircò Patres S. Petri Oliueti sibi cum omnibus eius iuribus, & pertinentijs vniri cum impetrassent; hinc etiam Oratorium istud in eos peruenit, & adhuc sub eorum cura, & potestate est.

Ad Ciuitatem etiam pertinent hæc, quę sequuntur loca Parochialia.

Quoniam etsi extra mœnia sint, attamen cum ad munitionem, eandem circumuallent, rectè sub eius circuitu concluduntur, & in eius ambitu delineantur.

ECclesia Natiuitatis B. V. Marię in Burgo Flumicelli est Rectoria Parochialis vnita Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, à quo ibi manutenetur Parochus ad nutum amouibilis.

Sub huius Parochiæ iurisdictione sunt.

ECclesia Abbatialis Commendaticia SS. Geruasij, & Prothasij, aliàs (vt creditur) erat Monachorum Vallis Vmbrosæ Ordinis S. Benedicti.

Eccle-

Ecclesia, & Monasterium Fratrum Capucinorum sub nomine *S.* Antonij de Padua, vulgò all'Abbadia.

Ecclesia S. Iacobi Apostoli in Burgo sub vocabulo eiusdem Sancti, & est Prioratus de iure Seminarij Clericorum.

Oratorium B. V. Mariç in via Regali apud locum vulgò dictum la Fiera.

Oratorium aliud ad vsum eiusdem loci erectum, quando Nundinæ exercentur.

Oratorium SS. Sebastiani, & Rochi pro Disciplinis.

Oratorium S. Antonij Abbatis in eodem Burgo S. Iacobi iuris Familiæ Trinaliæ.

Oratorium SS. Francisci, & Bernardini ad vsum Familiæ de Garbellis.

Oratorium S. Margarithæ in loco vocato la Capitania, de iure Familiæ de Capitaneis.

Ecclesia Assumptionis Deiparæ Virginis (vulgò Chięsa noua) in contrata Bottonacæ, de iure Ecclesiæ Collegiatæ SS. Nazarij, & Celsi, & eidem subordinata, atquè erecta in subsidium Parochiæ eiusdem, est simplex Parochialis, in qua Præpositi, & Curati Canonici simul Parochum amouibilem manutenent. Huius meminimus etiam agendo de Parochia SS. Nazarij, & Celsi, cum omnibus Oratorijs attinentibus.

Ecclesia Fulziani, cui dat Titulum S. Syluester, habens tria Altaria, est simplex Parochialis cum Parocho mercenario amouibili.

Eccle-

ECclesia Montisplani, vocata de S. Antonino, quatuor habens Altaria, est Rectoria Parochialis, cuius confinia amplectuntur.

Oratorium S. Marię iuris illius Viciniæ.

Oratorium S. Petri de iure Domus de Maluetijs.

Oratorium S. Calimerij sub Cura illius Viciniæ.

Oratorium S Christophori pro Disciplinis.

Oratorium S Antonij est Domus de Zanettis.

Oratorium S Rochi iuris Viciniæ illius.

Oratorium apud Vineam Fratrum Prędicatorum.

ECclesia Verziani S Nicolai protectione munita, cum tribus altaribus, aliàs erat Abbatia Parochialis Monachorum Cluniacensium, quę Hospitali maximo postea vnita, ab eodem ibidem Parochus amouibilis manutenetur. Huic subiacet.

Oratorium quoddam S. Rochi.

ECclesia Ronchatellarum sub S. Bernardini Nomine, cum tribus altaribus, est simplex Parochialis de iure Domus Portulacæ, quæ etiam eligit Parochum amouibilem. Huius Parochię stipatio recipit.

Ecclesiam S. Rochi cum Conuentu Fratrum Tertij Ordinis S. Francisci.

Oratorium Omnium Sanctorum de patronatu Domus Sauoldę.

Oratorium S. Francisci de iure Domus de Federici.

Oratorium S Rochi iuris Domus de Portulacis.

Oratorium S. Iuliæ pendens a Monialibus S. Iulię.

Eccle-

ECclesia Parochialis sub Titulo S. Ioannis Baptistæ extra Portam Turrislongę, cum Monasterio Fratrum Minimorum Ordinis S. Francisci de Paula, cuius ambitus iàm erat de iure Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Calcaria superius memorata, ex qua S. Carolus Boromeus Archiepiscopus Mediolani ad animarum commoditatem, & salutem (dùm Apostolica auctoritate visitaret) non solum cum proportionali prouentu hanc extraxit, lubenti animo assentiente Syluino de Syluinis Rectore: verum eandem Ecclesiam in Parochialem fieri, & eregi mandauit.

Intra fines huius Parochiæ extant.

ORatorium S. Floriani in Colle Digno de iure Ciuitatis.

Oratorium S. Ioannis Euangelistę in Colle, iuris Patrum Collegij de Pace Congregationis Oratorij.

Oratorium S. Mariæ Magdalenę, vulgò Madalenina, ibidem, & de eorundem proprietate.

Oratorium aliud S. Mariæ Magdalenę in Monte Digno, iuris Canonicorum Lateranensium S. Aphræ, vbi antiquitus ipsi vnum habebant Monasterium.

Oratorium S. Caroli in Vinea Ronchiua Fratrum Sancti Barnabæ.

APPENDIX
Illarum Ecclesiarum quæ Brixię, & ab extra
Per eius ad vnum milliare circuitum Præteritis sæculis extabunt.

QVÆ
Solo æquatę, aut deprauatæ, siuè in Monasterijs clausæ, vel in eorum vsibus conuersæ sunt.

ECclesia S. Saluatoris cum Monasterio Canonicorum Regularium Lateranensium, qui modò degunt ad S. Aphram (hùc ex illo loco pro facienda circa Ciuitatem planitiè traducti) sita erat extra Portam Turrislongę in Burgo Nouo tunc nuncupato, apud viam Rebusoni, vbi adhùc fons aquæ secus viam decurrit.

Eccle-

Ecclesia altera S. Saluatoris à Desiderio, & Ansa vxore postremis Longobardorum Regibus extructa, quæ fuit prima, & antiqua Sacra Aedes Monialium S. Iuliæ in fundatione earum Regij Monasterij. Noua deindè præterito sæculo sub eiusdem S. Iuliæ nomine erecta, hæc modo Monasterij mœnibus cincta, ad Monialium vsum relicta est.

Ecclesia quoq; alia sub nomine S. Saluatoris erat vsquè de anno 1474. in Clausuris Brixiæ, in contrata de Liuellis nuncupata, sæcus viam, quà Quinzanum versus iter dirigitur.

Ecclesia S. Crucis, quam transactis sæculis fundauit quidam Abbas S. Nicolai de Verziano Cluniacensis Congregationis cum hospitio, apud Burgum S. Nazarij extabat in loco, vbi iàm Monasterium Monialium S. Crucis fundatum fuit.

Ecclesia S. Mariæ ad Nemus, vel in Sylua prima, & antiquissima, erat in loco Templi Dianę erecta, & vbi modo admirantur claustra, & viridaria Monasterij SS. Faustini, & Iouitæ. Hęc, post annorum cursum, cum non sine causa esset mutata situ, & versus flumen Garziæ à fundamentis denuò constructa; tunc in eorundem SS. Nomen transiuit, cùm eorum sacra Corpora per translationem excepit. Idcirco autem dicebatur ad Nemus, vel in Sylua; quia in priori loco erat quædam densitas arborum, & virteta Dianæ Numini, & Nomini ab Idolorum cultoribus dedicata.

Ecclesia S. Mariæ de Pedriolis est eadem S. Claræ veteris, quę tunc temporis nomen mutauit, cum Moniales ibidem Monasterium sub eius Regulam, ac vocem construxerunt, quam tamen breuiorem fecerunt,& in meliorem formam redigerunt.

Ecclesia S. Mariæ de Palazolis, cum Domo Fratrum Humiliatorum,est adhuc eadem parua Aedes in qua adoratur illa tàm insignis B. M. Virginis miracolosa Immago, Gratiarum nuncupata. Huius titulum Præpositura in Ecclesia SS. Philippi,& Iacobi ad Capellam Visitationis hoc intuitu ædificatam translatum fuit, quando Fratribus Fiesulanæ Congregationis illa Aedes sacra concessa fuit,apud quam ijdem, cum miraculosa Immagine, se transtulerunt anno 1520.

Ecclesia S. Mariæ Gratiarum primitus, cum eorundem Fratrum amplo Monasterio fundata,erat extra Portã Pilatum in Burgo Pedriolo, iam ad Ciuitatis munimen cum reliquis euerso, in eodem loco vbi pro rei notitia Oratoriolum secus viam cum aliquo monumento adest.

Ecclesia S. Mariæ in Solario dicta, apud quam nonnulli Clerici, Regulam Beati Augustini sequentes, in communione viuebant, erat in contrata Campi bassi, propè locum, vbi Monasterium SS. Cosmę,& Damiani situm extat,cui etiam vnita fuit.

Ecclesia S. Marię in Bethleęm erat apud Castrum non longè distans à S. Petro Olueto, etiam de Pusterula

la vocata, quam à fundamentis eradicarunt nostri Ataui pro munienda in eodem loco Ciuitate. Huic ad animarum lucrum Io. Papa 22. magnam Indulgentiam cõcessit, Brixianis ita efflagitantibus, quia hanc Ecclesiam in maximã veneratione habebant.

Ecclesia sub titulo Assumptionis B. V. Mariæ de iure Domus de Brusatis, dicitur extitisse apud Vineam suburbanam, quam ipsa Domus habebat in eodem loco, vbi habent viridarium Fratres S. Francisci. Et quidem vetustis sęculis Ciuitas Brixiæ illic minimè se extendebat.

Ecclesia S. Marię de Rosa, siue de Mezanis, erat extra Portam S. Ioannis in loco eodem, qui vsquè huc vocatur sub Rosarum titulo. Apud hanc Fratres Amadei de Obseruantia Regulæ S. Francisci Monasterium habebant sub titulo S. Rochi.

Ecclesia S. Michaelis Archangeli aliàs cũ Cura animarum est illa, quę non solum prophanata, sed etiam labans conspicitur apud Domos Durantum, in assensu per plateam, Herbæ nuncupatam, ad viam S. Vrbani.

Ecclesia S. Ioannis Baptistæ, in qua vetustis temporibus extabat commune Ciuitatis Baptisterium, cum Capella beneficiali SS. Chrysanthi, & Darię, erat in platea Cathedralis, è regione Basilicæ S. Petri Maioris, quę reędificatur, in qua officia diuina tractabant Prępositus illius, duo Presbyteri, & tres Clerici, omnes beneficiati. Hęc in iam prophanis vsibus

conuersa ad planitiem, & magnificentiam illius Plateæ, hoc nostro currenti sæculo, Decreto Publico deuastata, & in Domos conuersa fuit.

Ecclesia S. Petri de Ripa, seù de Costa cum quodam Cœnobio, vbi primum Presbyteri, deindè Moniales Ordinis Canonici Augustiniani habitabant, sita erat in eodem loco, vbi nunc etiam videtur quędam sacra Aedicula, sub eodem Titulo S. Petri, in Vinea Fratrum Iesuatorum erecta.

Ecclesia S. Petri in Cathedra Romana erat in Burgo Flumicelli propè Ciuitatem, cum Monasterio pro Monialibus eiusdem Ordinis, quæ postea vnita fuit Monasterio Monialium SS. Cosmæ, & Damiani.

Ecclesia S. Andreæ peruetusta, & prima Ecclesiæ Brixianæ Cathedralis (quando Ciuitas super faciem Collis Digni, siuè S. Floriani se extendebat) sita erat versus Orientem, è regione illius super Muros Ciuitatis Monimenti Lapidei erecti in memoriam celebris Apparitionis SS. Patronorum Faustini, & Iouitæ, ibi diuinitus factę tempore obsidionis Nicolai Picinini, ad Ciuitatis in extremis illis periculis liberationem, secus viam, quę dicitur Rouerothi. Hęc Ecclesia (cum Cathedram Episcopalem in S. Mariam Rotondam asportassent) sub titulo Præpositure remansit, quę Ecclesiæ S. Agathę vnita fuit.

Ecclesia S. Mathęi, apud quam peractis sęculis, Sorores Tertiarias Ordinis Canonicorum Regularium domicilium habebant, non longè à Monasterio S. Catharinę

rinæ sita erat.

Ecclesia altera S. Mathęi, quę ad simplicem Rectoriam fuit deuoluta, erat ad locum Nauilij (vulgò il Porto) quę postea Hospitali Magno vnita, & tempore planitięi Ciuitatis destructa, eius Titulum in Ecclesiam S. Lucæ, iuris eiusdem Hospitalis, reportarunt.

Ecclesia minor S. Bartholomæi Apostoli erat versus Castrum, & in eodem situ, vbi Fratres Iesuati Cellam aquarum destillatarum erectam habent.

Ecclesia antiquitus vocata SS. Faustini, & Iouitæ ad sanguinem; est eadem reedificata in honorem Saluatoris nostri sub titulo Transfigurationis à Canonicis Lateranensibus, quo in loco ijdemmet Sancti decollati fuere. Hanc populus vocat S. Aphram ob eiusdem Oratorium, quod propè eandem Ecclesiam priscis temporibus erat ædificatum, vbi Corpus eius quiescebat.

Ecclesia SS. Faustini, & Iouitę in Carceribus (forsan sic vocata: quia inibi erant immagines eorundem, vti in carcere existentium depictæ: vel quia communes Carceres in loco eodem esse solebant, cum in antiquioribus sęculis Brixiana Ciuitas in specula posita videbatur) apud Castrum supra Aedem Sacram Omnium Sanctorum pręterito sęculo sita extabat.

Ecclesiam, ex huiusce Ciuitatis antiquioribus, quam SS. Concilia vocabant, vbi populus in Brixianæ Ecclesię primordijs vnanimiter solebat conuenire, aliqui probabi-

babiliter affirmant fuisse eandem, Ad sanguinem ideo nuncupatam; quia SS. Martyrum sanguine, qui illic ex consuetudine decollabantur, madefacta, quę continuò magna in veneratione fuit. Alij hanc fuisse negant: sed nequè locum eiusdem indicant. Nonnulli Ecclesiam subterraneam S. Marię Rotondę, vbi S. Philastri Corpus per longa tempora requieuit, quæ modo ad tollendos abusus ingressu caret, fuisse Concilia SS. asserunt. Ego censuram scriptorum omittens; veriorem opinionem desidero.

Ecclesiam SS. Cosmę, & Damiani prima & perantiqua, vna cum Monasterio Monialium Congregationis Cassinensis, erat vbi nunc platea magna sita videtur; ob cuius erectionem Berardus Maggius Episcopus, & Princeps Ciuitatis cum vtrumq; deuastasset, in loco vbi nunc vsquè videntur reportauit, atquè fundauit.

Ecclesia S. Danielis, & septem Fratrum Martyrum, quæ erat antiquitus Parochialis, extat adhuc apud vineam Monialium S. Iulię clausura munita.

Ecclesia SS. Fœlicis, & Fortunati, apud quam degebant prius Moniales Ordinis Canonici Lateranensis, deindè in ea quædam Confraternitas laicorum ijsdem cum esset secuta, postremò Moniales S. Marię de Pace Ordinis Cassinensis cum earum Monasterio inhęrescerent, eandem ab illa Confraternitate ex permutatione obtinuerunt, subrogando eius loco suum

um vicinum Oratorium S. Marię de Passione, vbi vsq: modò illa laicorum vnio virescit. Hanc Moniales in sui Cœnobij ampliatione conuerterunt; & pro eius memoria Immagines eorundem S. Fœlicis, & Fortunati in facie earum Ecclesię tunc temporis pictas cernimus, penicillo illius celebris, & antiqui pictoris Hieronymi Romanini Ciuis Brixiæ.

Ecclesia S. Fœlicis propè idem Oratorium S. Marię de passione secus viam publicam, quę nunc est proprietatis Domus de Chizzolis, iam diù prophano vsui addicta fuit.

Ecclesia S. Apollonij Episcopi Brixię cum Monasterio Fratrum Ordinis Minorum de Obseruantia, quę prius per multa sęcula per Presbyterorum ministerium recta fuit, erat non longè ab Ecclesia S. Andreę in via ad S. Florianum, & in eodem situ, vbi adhuc fons aquę conspicitur.

Ecclesia S. Philastri Brixiæ Episcopi (quæ tunc titulum hunc assecuta est, quando in ea Beatus Rampertus Episcopus eiusdem S.ti Corpus magna pompa, nec sine multorum miraculorum splendore, reposuit) est illa subterranea in Cathedrali, quæ pro arcendis inconuenientijs ingressu orbata fuit, cum prius Dominicus Bolanus Episcopus illud Sanctissimos Corpus in Ara S. Apollonij asportasset.

Ecclesia S. Eusebij erat in Vallicula secus Posterulæ locum in decliuio Collis Golethi; & iam circa duo peracta secula, Ecclesię, & Monasterio S. Petri,

in Olmeto vnita: quæ per id tempus ęquata fuit, cum Ciuitatem circum, planities fieret.

Ecclesia S. Nicolai erat retro castrum ad septentrionalem plagam, propè molendinum extra Portam Pilarum, quę cum ad planitiem Ciuitatis fuisset sine vestigio dissoluta, eius Titulum ad Altare maius Ecclesię S. Lucę apud Hospitale magnum, ob eius vnionem, transtulerunt.

Ecclesia, siuè Oratorium S. Latini Episcopi Brixię erat antiquitus apud Ecclesiam Sanctorum Faustini, & Iouitę ad Sanguinem nuncupatam.

Ecclesia S. Zenonis de Arcu veteri, siuè de Foro iam vocata, erat antiqua Parochialis, quę prętetitis sęculis, Parochiali Ecclesię, & Monasterio S. Ioannis Euangelistę vnita, & ob eius desuetudinem prophanata; nunc est ipsum Oratorium nuper reformatum, retrò Pallarium Communis Brixię existens, in quo Adolescentes innupti, sub S. Ioannis Baptistę protectione (quem celebrant in eius die festo) officijs pietatis, & deuotionis funguntur. Hic Canonici Regulares S. Saluatoris, in Monasterio S. Ioannis degentes, accedunt ad canendum Missam in Festo eiusdē Sancti Zenonis Episcopi Veronensis, pro suarum iurium conseruatione.

Ecclesia S. Martini cum Celestinorum Monachorum Cœtu, qui nunc apud Sanctum Desiderium demorantur, olim prope Castrum extabat.

Ecclesia S. Remigij, antiquo Hospitali S. Iulię adhęrens, iam

iam in prophanos vſus conuerſa eſt.

Eccleſia SS. Chryſanthi, & Dariæ, quæ apud Cathedralem antiquo tempore extabat, cum fuiſſet rationabili de cauſa deuaſtata, eius titulum ad Capellam in Eccleſia vetuſtiſſima *S.* Ioannis Baptiſtæ ad Baptiſterium, deuolutum fuit, quæ erat eorundem Sanctorum Nominibus dicata.

Eccleſia altera S. Nicolai erat in loco, vbi nunc ſitum videtur Monaſterium Sancti Franciſci, apud quam habebant Hoſpitium Monaci Cluniacenſes, qui in Monaſterio *Verziani* degebant, quod modo Hoſpitali Magno vnitum eſſe conſtat.

Eccleſia S. Rochi cum Monaſterio Fratrum Minorum, Reformationis Beati Amadei erat in loco extrà Ciuitatem (vulgò le Roſe) quę in faciendo Ciuitatis planitiem à fundamentis deiecta fuit, & eius titulum, & Fratres ad S. Ioſephum, vna cum titulo, & Fratribus etiam prædicti Monaſterij S. Apollonij, translati fuere.

Eccleſia, ſiue Oratorium S. Bernardini Senenſis propè eandem Eccleſiam S. Rochi, & S. Mariæ Roſarum extare ſolebat, quas regebant Fratres Amadei.

Eccleſia *S.* Marię Magdalenæ dicata, & Brixiæ ſecunda huius nominis, erat noſtris temporibus in eodem loco, vbi nouam Eccleſiam S. Mariæ, ſub nomine Lauretanę, Decreto Publico erexerunt, & Immaginem Miraculoſam B. V. Mariæ de Albara nuncupatæ, ex translatione à primo ſuo loco repoſuerunt anno 1655.

Eccleſia S. Agathæ primitus inſtituta fuit occidentem

versus à Partharito, & Rodelinda vxore Italiæ Regibus Longobardis; Quæ postea collapsa, & restaurata, & Orientem versus vsque supra Garzię flumen ampliata, Prepositura Parochialis prerogatiua decorata fuit.

Ecclesia S. Nicolai de Tolentino sita erat, vbi nunc S. Clementis Claustrum, pro Fratribus Dominicanæ Religionis, construm habetur.

Ecclesia S. Ceciliæ erat ad areolam illam à meridie Monasterij S. Clementis, vbi conspicitur veneranda B. V. Marię Immago filium Natum adorantis, quæ eidem Monasterio incorporata, in eius postea habitationibus conuersa fuit.

Ecclesia iam S. Clarę Nouę nuncupata, titularis Monialium de Obseruantia, sub S. Francisci Regula, & Fratrum S. Iosephi gubernio degentium, conuersa fuit in nunc Ecclesiam S. Christophori, qua vtuntur ędem Moniales.

Ecclesia S. Quirici aderat iàm propè pontem fluminis Mellę, & apud viam, quæ vocabatur Campi Bassi.

Ecclesia S. Donini vocata, extra Porta Pilarum ad vnum miliare aquilonem versus sita erat.

Ecclesia quędam non magna, in Suburbijs Brixianis in contrata de Saicsio nuncupata, sub Sanctorum Faustini, & Iouitæ Patrocinio erecta colebatur, quę penitus diruta fuit post Fœlicem huius Ciuitatis

Recu-

Recuperationem ab Inuicta, & ferè Immortali

Serenissima

REPVBLICA VENETA

Factam

Anno Salutis M D XVI.

Sub cuius Prudentissima, ac Sapientissima

DOMINATIONE

Vixit, Viuit, Victura

BRIXIA FIDELIS

Insigne Vtriusquè Fidei Exemplum

Cœnomanorum

Caput.



Aduerte Lector Prudens.

VT *Regula rectiori, clarioriquè methodo hunc Quartum Catalogum prosequerer, omnem Brixianam Prouinciam in Octo distinctas Regiones me Ordinasse; Quas tibi hic indicandas esse non frustra duxi. Et sunt.*

1. Vallis Camunica.
2. Vallis Triumplina.
3. Vallis Sabbia.
4. Riperia Orientalis lacus Benaci.
5. Pedemontana Orientalis.
6. Riperia Occidentalis lacus Isæi.
7. Pedemontana Occidentalis.
8. Planities vniuersi Agri.

OMNIVM ECCLESIARVM

Amplissimæ Diœcesis Brixianę Hierarchiam

Alphabetico Ordine institutam.

Idem Quartus Catalogus prosequitur.

Ecclesiæ Vallis Camunicę.

Regio I.

ECclesia *Anguli* sub titulo S. Laurentij erecta, cum tribus Altaribus, est Rectoria Parochialis, habens sub iuribus suis.

Oratorium Sanctissimæ Trinitatis in Villa Capitis loci.

Oratorium Visitationis Beatę Virginis Marię.

Oratorium S. Sylueștri Papæ extra Terram.

Ora-

Oratorium S. Rochi pro Disciplinis.

ECclesia *Anfurt* habens titulum SS. Nazarij, & Celsi, & vnum Altare tantum, Rectoria Parochialis est.

ECclesia *Andristæ vel Aristæ* sub eorundẽ SS. Nazarij, & Celsi vocabulo, cum vno Altare, est simplex Parochialis Rectorię Cęui subiecta.

ECclesia *Ancudeni vel Incudeni* S. Mauritij Titulum habens, & duo Altaria, Parochialis Rectoria est, intra cuius iura sunt.

Oratorium SS. Viti, & Modesti in contrata Vagi.

Oratorium S. Bernardini in eodem loco.

ECclesia *Artonearum* SS. Cornellium, & Cyprianum in suos Tutelares colens, & tria habens Altaria, est Rectoria Parochialis, continens sub eius iuribus.

Oratorium S. Mariæ ad Helisabeth Iurispatronatus Domus de Federicis.

Oratorium S. Andreę Apostoli.

Oratorium S. Mauritij in Monte de Moijs Iuris Officij S. Inquisitionis Brixiæ.

Oratorium S. Rochi in contrata de Aquisbonis.

ECclesia *Astrici* titularis SS. Viti, & Modesti, & vnicum habens Altare est Rectoria Parochialis, in cuius situ campestri adest.

Oratorium sub nuncupatione S. Martini.

ECclesia *Bertij* sub veneratione Natiuitatis Beatę Virginis Mariæ erecta, cum tribus Altaribus, est Archyprębenda Parochialis, intra cuius fines sunt.

Ecclesia S. Laurentij in Colle, quę erat vetusta Parochialis.

Ora-

Oratorium S. Thomæ Canthauriensis.

Oratorium S. Glisentis in Monte.

ECclesia *Bertij Dhimi*, cuius est Patronus S. Eusebius Episcopus, duobus cum Altaribus, est Parochialis Rectoria, cuius circuitus obtinet.

Ecclesiam Beatæ Virginis Mariæ in contrata Montis.

Ecclesiam S. Laurentij alio tempore Parochialem.

Ecclesiam S. Zenonis extra Dhimum in colle.

Oratorium S. Augustini in loco Dhimo.

ECclesia *Biemmi* SS. Faustini, & Iouitæ patrocinio illustrata, septem continens Altaria, Rectoria Parochialis est, & feudalis Monasterij eorundem Sanctorum in Ciuitate existentis, habens Coadiutorem in Cura animarum. Concludit sub suis iuribus.

Ecclesiam Annunciationis B. V. Mariæ.

Oratorium S. Petri cum Monasterio Fratrum Minorum Conuentualium S. Francisci.

Oratorium S. Caroli Archiepiscopi Mediolani.

Oratorium Campestre S. Petri in Vinculis.

Oratorium S. Hieronymi pro Disciplinis.

Oratorium S. Deffensoris.

Oratorium S. Mariæ Magdalenæ.

ECclesia *Bienni* (omnis Vallis Camunicæ Metropolis, vbi Magistratus Curię resfidet) sub titulo S. Saluatoris quinq; cum Altaribus, de iure Cõmunitatis loci eiusdẽ, & Familiæ de Ronchis, Parochialis Rectoria

erat,

erat, & modo Archipręsbyteri Titulo decorata eſt. Sub eius iuribus adſunt.

Eccleſia S. Marię ad Pontem Maneruij.

Eccleſia S. Antonij Abb. Parochialis mox derelicta

Eccleſia Campeſtris SS. Laurentij, & Mauritij, quæ erat prima Parochialis, & titulus Beneficij.

Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ in vico Peſcartio.

Oratorium S. Valentini extra oppidum.

Oratorium S. Caroli pro Diſciplinis.

ECcleſia *Brahonij* ſub nomine S. Mariæ, cum duobus Altaribus, eſt Rectoria Parochialis.

ECcleſia *Burni* ſub S. Ioannis Baptiſtę, ac S. Martini protectione erecta continens Altaria tria, eſt Rectoria Parochialis cum duobus Coadiutoribus in Cura animarum. In eius ambitu exiſtunt.

Eccleſia Annunciationis Beatæ Virginis Mariæ, cum Monaſterio Fratrum S. Franciſci ſtrictioris Obſeruantiæ.

Oratorium S. Antonij de Padua.

ECcleſia *Capitis pontis*, colens in Patronem ſuum S. Martinum, eſt Rectoria Parochialis cum tribus Altaribus, cui ſubſunt.

Eccleſia S. Saluatoris, Monaſterium nuncupata, de iure Archidiaconatus Brixiæ.

Eccleſia Sanctorum Fauſtinę, & Liberatę.

Oratorium S. Franciſci pro Diſciplinis.

ECcleſia *Caſtrifranchi* habens titulum S. Petri Apoſtoli, & vnum tantum Altare, eſt ſimplex Parochialis

lis cum Parocho amouibili.

ECclesia *Cedeguli* sub nomine S. Hieronymi, & cum vno solo Altari, Rectoria Parochialis est, & de Iurepatronatus Communitatis illius.

ECclesia *Cemmi*, quę de S. Sthephano nuncupatur, habens Altaria duo, est Archiprębenda Parochialis, sua sub Iurisdictione continens.

Ecclesiam S. Syri, Vallis Camunicæ Apostoli, antiquam Cemmi Parochialem.

Ecclesiam S. Bartholomęi Apostoli, cum Monasterio aliàs Fratrum Humiliatorum, vni Pręsbytero sub titulo Præposituræ Commendatam.

Ecclesiam, & Monasterium S. Dorotheę Fratrum Reformatorum sub Regula S. Francisci.

Ecclesia Sanctarum Faustinę, & Liberatę.

Oratorium Visitationis B. V. Marię pro Disciplinis sub inuocatione Sanctorum Faustini, & Iouitæ.

ECclesia *Cerueni*, quę S. Martinum colit, duo habet Altaria, & est Rectoria Parochialis, cum quodam Oratorio pro Disciplinis.

ECclesia *Cæui*, cuius est Patronus S. Vigilius, tria complectens Altaria, est Rectoria Parochialis habens sub se.

Oratorium SS. Nazarij, & Celsi in Vico Ariftæ.

Oratorium S. Francisci pro Disciplinis.

Oratorium S. Sixti.

ECclesia *Cæthi* titularem habens S. Andream Apostolum, & duo Altaria, est Rectoria Parochialis, quę

continet sub iuribus suis.

Oratorium S. Mariæ ad Niues pro Disciplinis.

Oratorium Campestre SS. Faustini, & Iouitæ.

ECclesia *Cimbergi* sub nomine Assumptionis B. V. Mariæ, tria amplectens Altaria, Parochialis est Rectoria, habens sibi subditum.

Oratorium S. Ioannis Baptistæ pro Disciplinis.

ECclesia *Ciuedati* titulum Assumptionis B. V. Mariæ habens, cum duobus Altaribus, est Parochialis Archipræbenda veluti Collegiata, quæ sub se recipit.

Ecclesiam S. Petri, cum Cœnobio Fratrum Conuentualium S. Francisci.

Ecclesiam in honorem Sancti Sthephani Prothomartyris.

ECclesia *Cornæ* gaudens Titulo S. Georgij, & habens Altare vnicum, est Rectoria Parochialis, cui subest.

Ecclesia Assumptionis Beatæ Virginis Mariæ in loco Montechij.

ECclesia *Curtheni* Assumptionis Beatæ Mariç Virginis nomine decorata, cum tribus Altaribus, est Parochialis Rectoria, habens Coadiutorem in Pastorali regimine.

Sub hac Parochia existunt.

Oratorium S. Bartholomæi in vico Galinni.

Ora-

Oratorium S. Ioannis in contrata de Lombro.

Oratorium Sanctorum Fabiani, & Sebastiani in regione Douerij.

Oratorium S. Martini in loco eiusdem nominis, aliàs Parochialis.

Oratorium S. Bernardi in regione Menni.

Oratorium S. Rocchi in contrata sub eodem nomine vocata.

Oratorium S. Antonij in loco Fucinarum.

ECclesia *Curtheneduli* in honorem S. Gregorij Papæ, tria amplectens Altaria, est Rectoria Parochialis, cui est subditum.

Oratorium S. Sebastiani.

ECclesia *Darphi* Sanctorum Faustini, & Iouitæ vocata, quatuor cum Altaribus, est Rectoria Parochialis, in cuius limitibus continentur.

Oratorium Visitationis Beatæ Virginis Mariæ in vico de Fucinis.

Ecclesia, & Conuentus Sancti Augustini pro Fratribus Heremitanis, modo Apostolica auctoritate extinctus.

Oratorium S. Io. Baptistæ pro Disciplinis.

Oratorium S. Bernardi in loco Pelaleporis.

ECclesia *Daligni* cum titulo Sancti Martini, habens tria Altaria, est Rectoria Parochialis, cui obtemperant.

Ecclesia S. Bartholomęi Apostoli de Themù.

Ecclesia S. Antonij Abbatis de Licanù.

Ecclesia B. V. Mariæ de Pontanea.

Ecclesia S. Iacobi Apostoli in loco Poia vocato.

Oratorium S. Alexandri in loco de Viono.

Oratorium S. Caroli pro Disciplinis.

Ecclesia *Dhimi, & Bertij Dhimi* vt supra, cum titulo S. Eusebij, & duobus Altaribus est Rectoria Parochialis, cuius circuitus amplectitur.

Ecclesiam B. V. Mariæ in contrata Montium.

Ecclesiam S. Laurentij aliàs Parochialem.

Ecclesiam S. Zenonis in Colle.

Oratorium S. Augustini in Dhimo.

Ecclesia *Eduli, siue Iduli* sub Natiuitatis B. V. Mariæ diuinis auspicijs erecta, cum tribus Altaribus, est Archiprębenda cum duobus Coadiutoribus pro animarum regimine Canonicali titulo decoratis, & videtur quasi Collegiata.

Hæc Parochia sua conclusione ambit.

Ecclesiam SS. Petri, & Pauli cum Cœnobio Fratrum Capucinorum.

Ecclesiam S. Ioannis Baptistę.

Ecclesiam SS. Hyppolithi, & Cassiani in Villa vocata de Mhù.

Oratorium quoque sub titulo eorundem Sanctorum in eodem loco.

Oratorium S. Sebastiani.

Oratorium S. Clementis.

Oratorium S. Caroli pro Disciplinis.

ECclesia *Eseni* sub S. Pauli Apostoli nomine, habens Altaria duo, est Rectoria Parochialis cum duobus Rectoribus Beneficiatis portionalibus, alternatim munera Parochialia exercentibus. In hac Parochia sunt.

Ecclesia SS. Trinitatis in contrata Castelli, quę erat prima Parochialis, habens titulum Rectorię Curatę primę portionis.

Ecclesia Assumptionis Deiparę Virginis, cui inhęret titulus Rectorię Curatę secondę portionis.

Ecclesia S. Martini in Villa Plemmi.

Oratorium S. Caroli pro Disciplinis.

ECclesia *Frainarum*, quæ S. Laurentium colit, & duo Altaria habet, est Rectoria Parochialis, continens sub se.

Ecclesiam Visitationis B. V. Mariæ in vico de Longis nuncupato.

Ecclesiam Campestrem vocatam de S. Maria.

ECclesia *Gardæ* S. Laurentio dicata, duo habens Altaria, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Gnardi*, *vel Niardi*, sub cultu S. Mauritij instituta, duo habens Altaria, est Rectoria Parochialis, in cuius ambitu extat.

Oratorium S. Angeli Custodis, iuris Familiæ Recaldinę.

Oratorium pro Disciplinis.

Eccle-

ECclesia *Gorzoni* sub tutela S. Ambrosij, cum quatuor Altaribus, est Parochialis Rectoria, cuius ambitus sępit.

Oratorium Natiuitatis Beatæ Virginis Mariæ in Villa Siani.

Oratorium S. Ioannis Baptistę de Castro.

Oratorium S. Rocchi,

Oratorium S. Iuliæ in Villa Terzani.

ECclesia *Greui* S. Philastri Brixiæ Episcopi nomine decorata, tribus cum Altaribus, est Rectoria Parochialis, habens in Campestri loco.

Oratorium sub titulo S. Floriani.

ECclesia *Grignagæ* sub S. Michaelis Archangeli Protectione, tria habens Altaria, est Parochialis Rectoria, quę intra suos fines collustrat.

Ecclesiam S. Rocchi, in qua hyemali tempore Parochialia exercentur ad populi commoditatem.

Ecclesiam Campestrem sub vocabulo S. Victoris, habens Cimiterium, in contrata Pontasiæ.

Ecclesiam aliam Campestrem S. Petro dicata in contrata Senigæ.

Oratorium S. Caroli pro Disciplinis.

ECclesia *Herbanni* Sancti Rocchi nomen obtinens, & tria complectens Altaria, est Rectoria Parochialis, cui subsunt.

Oratorium S. Mariæ de Restello.

Oratorium S. Mariæ Pietatis.

Oratorium S. Mathęi Apostoli in Vico Dangono.

Ora-

Oratorium S. Valentini.

Oratorium S. Martini aliò tempore Parochialis.

ECclesia *Honi* sub titulo S. Alexandri, cum tribus Altaribus, Rectoria est Parochialis cum Oratorio subterraneo pro Disciplinis.

Oratorium S. Petri in contrata de Criccolis.

ECclesia *Ianici*, sub S. Archangeli Michaelis tutela fundata, cum duobus Altaribus, Rectoria Parochialis est, cum Coadiutore pro Cura animarum in Ecclesia infrascritta. Sub huius iuribus sunt.

Ecclesia Natiuitatis B. V. Mariæ in Monte de Iurepatronatus Rectoris, & Communitatis.

Oratorium Sancti Rocchi.

ECclesia *Loenni*, habens titulum S. Antonij de Padua, & vnum solummodo Altare, Parochialis Rectoria est.

ECclesia *Lotij* sub nuncupatione SS. Nazarij, & Celsi, tria continens Altaria, est Rectoria Parochialis, de Iurepatronatus Viciniarum Lotij, Socinæ, Summæpradæ, & Lauenni. Intra fines Summæpradæ extat.

Oratorium Sancti Ioannis Baptistę.

ECclesia *Lusenarum* sub S. Mauritij titulo vigens, duo habet Altaria, & est Rectoria Parochialis.

ECclesia Malegni S. Andreę Apostoli nomine gaudens, & habens tria Altaria, Rectoria est Parochialis, continens sub sua potestate.

Oratorium S. Rocchi pro Disciplinis.

Ora-

Oratorium Hoſpitalis ſub titulo S. Mariæ.

ECcleſia *Malonni*, ſub prȩſidio B. V. Mariæ, cum vnico Altari, eſt Parochialis Rectoria, habens Coadiutorem ad Curam Animarum. Iuris ſunt huius Parochię.

Eccleſia SS. Fauſtini, & Iouitę, In qua modò habentur Parochialia exercitia.

Oratorium S. Laurentij.

Oratorium S. Caroli.

Oratorium S. Bernardi in regione Vadetti.

Oratorium S. Bernardini.

Oratorium S. Rocchi in contrata Londoni.

ECcleſia *Maſùni*, cui dat titulum S. Iacobus Apoſtolus, continet tria Altaria, & eſt Rectoria Parochialis, quam recognoſcit.

Oratorium S. Bartholomȩi Apoſtoli in contrata de Prauis in Montibus.

ECcleſia *Montium* S. Gaudentij Brixiæ Epiſcopi nomine fulgens, & duo habens Altaria, eſt Rectoria Parochialis.

ECcleſia *Mùni*, S. Petri Apoſtoli titulo ornata, duo habens Altaria, eſt Rectoria Parochialis, cuius termini circumueniunt.

Eccleſiam Campeſtrem vetuſtam ſub nomine S. Bricij, aliàs titulum Rectoris.

Oratorium S. Sebaſtiani.

ECcleſia *Monnbi* ſub inuocatione SS. Petri, & Pauli, habens tria Altaria, eſt Rectoria Parochialis.

Eccle-

ECclesia *Nadri* existens sub SS. Geruasij, & Prothasij titulo, cum vnico Altari, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Nouellarum*, quę vocatur de S. Iacobo Apostolo, cnm vno solo Altari, est Parochialis Rectoria.

ECclesia *Ossimi* superioris, SS. Geruasio, & Protasio dicata, habens duo Altaria, est Rectoria Parochialis, in sua continens regione.

Oratorium pro Disciplinis.

Oratorium S. Caroli in Colle.

ECclesia *Ossimi* inferioris sub cultu SS. Cosmæ, & Damiani, duobus cum Altaribus, est Rectoria Parochialis, cui subiacet.

Oratorium S. Rochi pro Disciplinis.

ECclesia *Paisici*, sub S. Pathærij Brixię Episcopi patrocinio erecta, duo habet Altaria, & Rectoria Parochialis est.

ECclesia *Paspardi* cum titulo S. Gaudentij Episcopi Brixię, habens tria Altaria, Rectoria est Parochialis.

ECclesia *Pescartij Brenni* cum titulo S. Io: Baptistę, & vno Altari, est Parochialis Rectoria.

ECclesia *Pescartij Cemi* sub nomine SS. Viti, & Modesti, vnum habens Altare, est simplex Parochialis, cum Parocho ad libitum.

ECclesia *Pisonearum*, cui est titulus Assumptionis Virginis Deiparæ, habens quinque Altaria, est Archiprębenda Parochialis, cum Coadiutoribus in Cura animarum. Intra huius fines comprehenduntur.

Ecclesia, & Conuentus Fratrum Heremitarum S. Augustini sub titulo *S*anctæ Mariæ ad Niues.

Ecclesia S. Zenonis in Vicinia Graracasoli.

Oratorium Natiuitatis B. Mariæ Virginis.

Oratorium S. Petri in regione Senigæ.

Oratorium *S*. Clementis in Villa Pontasij.

ECclesia *Platearum* sub veneratione S. Mariæ ad Niues, cum vnico Altari, est simplex Parochialis cum Parocho remouibili.

ECclesia *Plani* sub S. Antonij Abbatis patrocinio, cum tribus Altaribus instituta, est Parochialis Rectoria de Iure patronatus Regij Monasterij Monialium Sanctæ Iuliæ Brixiæ. Hęc Parochia circumuenit.

Ecclesiam sub titulo S. Mariæ Virginis Rotondę, dictę de Castellatio.

Ecclesiam Sanctæ Iuliæ, quæ erat antiqua Parochialis.

ECclesia *Plani Burni* sub nomine S. Victoris, cum vno tantum Altari, est Parochialis Rectoria.

ECclesia *Pontisligni*, sub inuocationę Sanctissimę Trinitatis, habens tria Altaria, Parochialis est Rectoria, cum Coadiutore ad animarum Curam. Continet hæc Parochia citra fines suos.

Oratorium Assumptionis Beatę Marię Virginis pro Disciplinis.

Oratorium S. Io: Baptistę in Villa Zuanni.

Oratorium Campestre S. Apollonij Episcopi Brixiæ.

Eccle-

ECclesia *Pontis Sauiorij*, in B. V. Mariæ honore dicata, duo habens Altaria, est Rectoria Parochialis de Iure Viciniç.

ECclesia *Præsteni* sub Natiuitatis B. V. Mariæ cultu fundata, vnico cum Altari, est Parochialis Rectoria, sub cuius potestate viget.

Ecclesia S. Apollonij Episcopi Brixiæ, quæ erat antiqua Parochialis.

ECclesia *Præcasalei*, quç est sub nomine Sanctorum Fabiani, & Sebastiani, cum duobus Altaribus, est Rectoria Parochialis de Iure patronatus Viciniæ, cui subiacet.

Oratorium S. Luciç in vico Pætij.

ECclesia *Rhini* in honorem S. Antonij Abbatis, cum vnico Altari, est Parochialis Rectoria.

ECclesia *Rogni* sub S. Sthephani nuncupatione, tria continens Altaria, Parochialis Archipręebenda est.

ECclesia *Salucoli*, SS. Apostolorum Philippi, & Iacobi titulum habens, & tria Altaria, Parochialis est Rectoria.

ECclesia *Sauiorij* titularis S. Io: Baptistæ, habet tria Altaria, & Rectoria Parochialis est.

ECclesia *Selleri*, quæ Deipare Virginis Mariæ Assumptionem celebrat in proprium titulum, duo Altataria, habet est Rectoria Parochialis. Huic subest Oratorium S. Desiderij.

ECclesia *Solati* in S. Petri Apostoli honore constructa, cum solo Altari Maiore, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Soniuici*, quę nominatur de Sancto Martino, cum vno solo Altari, est Parochialis Rectoria.

ECclesia *Sonici* titulum habens S. Laurentij, & tria Altaria est Rectoria Parochialis cum Coadiutore in cura animarum, sub cuius potestate reguntur.

Ecclesia S. Andreæ Apostoli Campestris, alijs temporibus prima Parochialis huius loci.

Oratorium B. Virginis Marię.

Oratorium S. Iosephi.

Oratorium Sancti Gotardi Episcopi.

ECclesia *Tolinarum* sub titulo S. Gregorij Papę, cum duobus Altaribus, est Rectoria Parochialis, cuius sub finibus extat.

Oratorium Campestre S. Bartholomęi in contrata Cedergnoni.

ECclesia *Vallis Sauiorij* sub inuocatione Sancti Bernardini Senensis, tribus cum Altaribus, est Parochialis Rectoria.

ECclesia *Vezziæ*, titulo S. Martini decorata, quinque habens Altaria, est Rectoria Parochialis, continens intra fines suos.

Oratorium S. Ioannis Baptistę.

Oratorium Sancti Iosephi.

Oratorium Sancti Georgij.

Oratorium Sancti Leonardi.

Oratorium Sancti Rocchi.

Oratorium Campestre S. Sebastiani.

ECclesia *Vici* sub nomine S. Fidelis Martyris vnico cum

cum Altari, est Parochialis simplex cum Parocho remouibili, & pro subsidio Parochialis Curtheneduli instituta.

ECclesia *Villæ Lotij* sub S. Petri Apostoli protectione, habens tria Altaria, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Villæ Pontisligni*, quæ est sub nomine S. Martini, cum tribus Altaribus, est Rectoria Parochialis, cum Coadiutore Oratorij de Themù in Cura animarum. Huic subsunt.

Oratorium B. V. Mariæ in regione Pontaneæ.

Oratorium S. Bartholomei in loco de Themù.

Oratorium S. Iacobi Apostoli in Villa Poię.

Oratorium S. Antonij Abbatis in contrata de Lecanù.

ECclesia *Vioni*, quę S. Remigium in suum Titularem colit, & tria habet Altaria, est Rectoria Parochialis, quam recognoscunt.

Oratorium S. Marię in Cortacciolis.

Oratorium SS. Iacobi, & Philippi in Stadolina.

Oratorium SS. Fabiani, & Sebastiani.

Oratorium S. Gregorij in Caneto.

Oratorium SS. Caroli, & Francisci pro Disciplinis.

ECclesia *Visoni* in S. Bernardini Senensis cultu ordinata, duobus cum Altaribus, simplex Parochialis est, habens Parochum amouibilem.

ECclesia *Volpini* S. Sthephani nomine fulgens, in qua vnum tantum Altare extat, est Rectoria Parochialis habens sub iure suo.

Oratorium Natiuitatis B. V. Marię.

Oratorium S. Rocchi.

Eccle-

Ecclesiæ Vallis Triumplinæ.

Regio II.

ECclesia S. Apollonij Episcopi Terræ eiusdem Nominis, tria habens Altaria, Rectoria est Parochialis, cui subeunt.
Oratorium S. Sebastiani.
Oratorium S. Margarithæ.
Oratorium S. Bernardini pro Disciplinis.

ECclesia *Bouegni*, sub S. Georgij titulo, sex habens Altaria, Parochialis Archipræbenda est, cum Coadiutore pro Cura animarum. Hæc suis finibus circundat.
Ecclesiam S. Francisci cum Cœnobio Fratrum Capucinorum.
Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis cum Schola in loco Sauenoni.
Oratorium S. Michaelis Archangeli cum Sodalitio in vico Lidizzi.
Oratorium Campestre S. Andreæ Apostoli.
Oratorium S. Marci Euangelistæ in Campestri loco.
Oratorium S. Martini in loco pariter Campestri.
Oratorium S. Antonij Abbatis cum sodalitio apud regionem de Graticolis.
Oratorium S. Rochi ad pontem Fluminis Mellæ.
Oratorium S. Iosephi cum sodalitio in contrata Zigolarum.

Ec-

ECclesia *Brozzij* S. Archangeli Michaelis titulo fulgens, habensquè tria Altaria, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Carsinæ* S. Iacobi Apostoli nomine fulgens, cum tribus Altaribus, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili. Huic subest.

Oratorium Sancti Rocchi.

ECclesia *Cesouij*, quæ S. Iacobum Apostolum colit, tria continens Altaria, Parochialis Rectoria est.

ECclesia *Cimmi* S. Calocero Martyri Brixiano dedicata, tria habens Altaria, est Parochialis Rectoria, sub qua regitur etiam Parochialis Thabernularum.

ECclesia *Collæi* SS. Nazarij, & Celsi titulo illustrata, quinque habens Altaria, est Rectoria Parochialis, cum Coadiutore in Cura animarum, quę etiã cõplectitur.

Oratorium B. V. Mariæ cum Confratria in contrata Titij.

Oratorium SS Faustini, & Iouitæ, aliàs antiqua Parochialis in contrata Memi.

Oratorium S. Antonij Abbatis in vico Memio.

Oratorium S. Rocchi in contrata Piazzæ, cum sodalitio.

ECclesia *S. Columbani*, quę extat in Villa eiusdem Nominis, cum duobus Altaribus, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili.

ECclesia *Gardoni* titulo gaudens S. Marci Euangelistę, habet Altaria nouem, & est simplex Parochialis, cum Parocho ad nutum. In hac Parochia sunt.

Eccle-

Ecclesia S. Mariȩ nuncupata, cum Cœnobio Fratrum Minorum de Obseruantia.

Oratorium SS. Trinitatis de iure Familiȩ de Rampinellis.

Oratorium Sancti Rocchi in Vico eiusdem Nominis.

ECclesia *Hirmæ* sub S. Laurentij nomine, cum tribus Altaribus, Parochialis est Rectoria, sub cuius iuribus sunt.

Oratorium Sanctissimȩ Trinitatis.

Oratorium Sancti Bernardi in Villa Magni de Hirma.

ECclesia *Inzini* sub vocabulo S. Georgij, quatuor cum Altaribus, est Parochialis Archipræbenda, cui obediunt.

Oratorium Sanctissimȩ Trinitatis.

Oratorium Sancti Rocchi.

ECclesia *Lauoni* sub S. Mariæ Magdalenȩ protectione, habens tria Altaria, Parochialis Rectoria est, sub qua adest.

Ecclesia Sancti Nicolai in contrata Hȩti, olim Parochialis.

ECclesia *Lodrini* habens titulum S. Vigilij Brixiȩ Episcopi, & Altaria quatuor, est Rectoria Parochialis, quam recognoscit.

Oratorium S. Rocchi in contrata de Iluico.

ECclesia *Lumezanarum* S. Io. Baptistȩ consecrata, Altaria habens tria, est Parochialis Archiprȩbenda, cum Coadiutore in Parochiali munere.

Intra

Intra huius iura conueniunt.

Oratorium Sancti Caroli.

Oratorium S. Nicolai de Tolentino cum sodalitio.

Oratorium Sancti Bernardi.

Oratorium S. Philippi Nerij.

Oratorium Sanctę Annæ.

Oratorium Sancti Rocchi.

ECclesia *Marchèni*, S. Petri Apostoli Nomen habens, cum tribns Altaribus, est Rectoria Parochialis, cui subiacet.

Oratorium Beatę Virginis Mariæ.

ECclesia *Magni de Inzino* sub titulo S. Martini, cum vno Altari, est Parochialis simplex, Archiprebendæ Inzini subiacens.

ECclesia *Marmentini*, quæ SS. Cosmam, & Damianum celebrat, habet Altaria quinque, & est Parochialis Rectoria, quæ circumscribit.

Oratorium Assumptionis Deiparæ Virginis in vico Dossi, iam Anno 1387. à quodam de Marmenno, cui nomen erat Brixianus, in proprio fundo extructum, atque in suum Iuspatronatum munificè dotatum, sub Berardo Maggio Episcopo. Quod Oratorium, & Prębenda Sacerdotalis Anno 1459. supradictæ Ecclesiæ Parochiali perpetuò fuit vnitum.

Oratorium Sanctorum Faustini, & Iouitæ in contrata Villę.

Oratorium S. Rocchi in loco Vmbrianam vocato.

ECclesia *Pisauri* S. Michaeli Arcangelo commendata, est Rectoria Parochialis, habens Altaria duo.

ECclesia *Pesaziarum* titularis S. Apollonij Episcopi Brixię, quatuor cum Altaribus, est Rectoria Parochialis, habens sibi subditum.

Oratorium S. Io: Baptistę in contrata Monderij, & Oratorium Campestre S. Rocchi.

ECclesia *Plani* Beatę Dei Genitricis Marię dedicata patrocinio, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili, in subsidium Archiprębendę Boueni.

Oratorium S. Vrsulę pro Virginibus eiusdem.

ECclesia *Sarezij* SS. Faustini, & Iouitę nomine illustrata, habens tria Altaria, Parochialis Rectoria est, sub qua etiam conueniunt.

Oratorium S. Marię ad Niues de Formica nuncupatū.

Oratorium S. Martini in Villa de Zanano.

Oratorium S. Nicolai Tolentini cum Confratria.

Oratorium S. Bernardini pro Disciplinis.

Oratorium Campestre SS. Tirsi, & Emiliani.

ECclesia *Thabernularum* sub nomine SS. Philippi, & Iacobi, cum tribus Altaribus, est simplex Parochialis, cum Parocho remouibili, quo in loco extat.

Oratorium sub vocabulo S. Philastri Episcopi Brixię.

ECclesia *Villæ* sub inuocatione SS. Emiliani, & Tirsi cum tribus Altaribus, est Rectoria Parochialis cum Coadiutore, habens sub se.

Oratorium B.V.M. de S. Laurentio in Cōtrata Cogotij.

Oratorium S. Antonij Abbatis in eodem loco.

Ora-

Oratorium S. Archangeli Mich. in règione Cailinę.
Oratorium S. Rocchi apud Villam.

Ecclesię Vallis Sabbiæ.

Regio III.

ECclesia *Abioni*, in honorem B. V. M. quinq; cum Altaribus, est Archipręebenda Parochialis, habens Coadiutorem pro cura animarum, intra cuius terminos sunt.
Oratorium B V. M. in cõtrata de Boneuio.
Oratorium SS. Faustini, & Iouitę.
Oratorium S Rocchi. Oratorium S. Vigilij Episcopi.

ECclesia *Agnoseni* SS. Hyppolithi, & Cassiani, habens quinq; Altaria, est Rectoria Paroch. sub qua extant.
Oratorium B. V. Mariæ in Vico Trebio.
Oratoriũ S. Andreę Apost. in loco vocato de S. Andrea.
Oratorium S. Georgij in contrata Casalis.
Oratorium S. Rocchi pro Disciplinis.

ECclesia *Aloni* sub nomine *S.* Laurentij, cum tribus Altaribus, est simplex Parochialis cũ Parocho remouibili, cui subest. Oratorium S. Rocchi in Satho.

ECclesia *Vestoni* in honorẽ Visitationis *B.* V. M. quinque cum Altaribus, est Rectoria Parochialis, in cuius ambitu habent suum cultum. *Hęc Eccl. ponenda in loco .V.*
Ecclesia S. Laurentij in contrata Promi, quæ est Titulus Beneficij, quia erat prima Parochialis.
Ecclesia cum Cœnobio Fr. Congreg. S. Petri de Pisis.
Ecclesia S Francisci cum Cœnobio Fr. Capucinorum.

ECclesia *Amphi*, SS. Petrum, & Paulum Apostolos colens in Patronos, est Parochialis simplex cum Parocho amouibili, & quatuor Altaria, cuius confinia amplectuntur.

Oratorium S. Sebastiani in Arce.

Oratorium S. Antonij Abbatis in Monte Castero.

Oratorium S. Petronillæ.

ECclesia *Auenoni* ad honorem S. Bartholomæi Apostoli erecta, cum tribus Altaribus, est Rectoria Parochialis de iure patronatus Communitatis; intra cuius fines extat.

Oratorium Sancti Rocchi.

ECclesia *Bargharnm* S. Georgij titulo insignita, quatuor habens Altaria, est simplex Parochialis, sub qua inueniuntur.

Oratorium S. Gotardi pęnes flumen Chlisis.

Oratorium S. Quirici in loco Campestri.

ECclesia *Binzagi* titulum habens Annonciationis B. V. Marię, duobus cum Altaribus, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili, in subsidium Ecclesiæ Agnoseni.

Huic Parochiæ subsunt.

Oratorium Beatæ Virginis Marię in contrata Calchariæ.

Oratorium Omnium Sanctorum.

Oratorium S. Lini Papę in contrata eiusdem nominis.

Oratorium Sanctorum Francisci, & Bernardini pro Disciplinis.

Eccle-

ECclesia *Casti* cum titulo S. Antonij Abbatis, & tribus Altaribus, est Parochialis simplex, habens Parochum ad nutum amouibilem, atquè.

Oratorium S. Io: Baptistæ pro Disciplinis in Vico Patelio.

ECclesia *Comerij* in honorem S. Syluestri, cum tribus Altaribus, est simplex Parochialis, cum amouibili Parocho, habens sub se.

Oratorium S. Mariæ ad Niues in contrata Auri.

ECclesia *Furni de Hono* sub titulo Assumptionis B. V. Marię, duo habens Altaria, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Gazanarum* Sancto Michaeli Archangelo dedicata, duo habens Altaria, est simplex Parochialis Ecclesię Abioni subiecta, habens Parochum remouibilem.

ECclesia *Honi* in honorem S. Zenonis Episcopi erecta, tribus cum Altaribus, est Parochialis Rectoria, intra cuius confinia sunt.

Ecclesia B. V. Marię, cuius sacra Immago est Miraculis illustris.

Oratorium Campestre S. Marię de Tribulatione nuncupatum.

Oratorium etiam Campestre sub cultu S. Laurentij.

ECclesia *Honi de Sauallo*, cuius titularis est S. Laurentius, vnum habens Altare, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili.

ECclesia *Lauini* in honorem S. Michaelis Archangeli, cum

cum tribus Altaribus, Rectoria est Parochialis & de Iure patronatus Communis Lauini, & Hauoni. Continet sub iuribus suis.

Oratorium Sanctissimi Nominis Iesu in Villa Nauoni.

ECclesia *Lauinoni* sub voce S. Bartholomæi Apostoli, quinque continens Altaria, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili, & habet sub se.

Oratorium S. Mariæ in contrata Clauoni.

ECclesia *Leurangarum* sub protectione S. Rocchi, cum tribus Altaribus, est simplex Parochialis. Habens sub iure suo.

Ecclesiam S. Martini, quæ erat vetustis temporibus Parochialis.

ECclesia *Liuemmi* S. Marcum Euangelistam titulari honore colens, tria continet Altaria, & est Rectoria Parochialis, habens intra suos limites.

Oratorium S. Andreæ aliàs Parochia huius loci.

Oratorium Campestre sub inuocatione S. Rocchi.

ECclesia *Noziæ* sub S. Prothomartyris Sthephani inuocatione, habens quatuor Altaria, est Rectoria Parochialis, sub qua adest in Arce.

Oratorium eidem S. Prothomartyri dicatum.

ECclesia *Oduli*, quæ S. Zenonem Episcopum veneratur, quinque amplectens Altaria, Parochialis Rectoria est. Habet in suo orbe.

Oratorium B. Mariæ Virginis in Villa de Cagnatico, cum sodalitio.

Ora-

Oratorium S. Bartholomęi Apostoli pro Confratribus S. Nicolai de Tolentino.

Oratorium S. Laurentij in contrata Furni.

Oratorium Sanctæ Apolloniæ.

ECclesia *Prathi*, cuius titulus est S. Antonius Abbas, habens duo Altaria, est simplex Parochialis, cum Parocho amouibili.

ECclesia *Præsegni*, quæ S. Laurentium in Titularem veneratur, tribus cum Altaribus extans, est Parochialis simplex cum Parocho remouibili.

ECclesia *Præselij* Diuo Petro Apostolo dicata, quinque Altaria habens, est Rectoria Parochialis, sub cuius confinibus existunt.

Oratorium B. V. Mariæ in loco Visellis, iuris Communitatis, & Domus Montinæ.

Oratorium aliud B. V. Marię in Copenico.

Oratorium SS. Caroli, & Nicolai de Tolentino.

Oratorium S. Rocchi in contrata Mezegnaghæ.

ECclesia *Sauallì* sub titulo Deiparæ Virginis ad Cœlos euectæ, habens quinque Altaria, est Archipræbenda Parochialis, cum Coadiutore ad Curam animarum. Hęc suis sub finibus accipit.

Oratorium SS. Trinitatis in contrata Veriani.

Oratorium B. V. Mariæ in Villa Malpagæ.

Oratorium S. Dominici in Vico Posici.

Oratorium Sancti Bernardini in eadem Villa Malpagæ.

ECclesia *Vdeni* S. Apollonij Brixiæ Episcopi nomine deco-

decorata, tribus cum Altaribus, est simplex Parochialis, habens Parochum amouibilem.

☞ Altera pars huius Vallis Sabbiensis, quę est vltra flumen Chlysis Orientem versus, multas continens Parochiales Ecclesias, subiacet sequenti Riperiæ Orientali, quę ideo in eadem describentur.

Ecclesiæ Riperiæ Orientalis.

Lacus Benaci.

Regio IV.

ECclesia *Agrini* sub S. Petri Apostoli nuncupatione, sex habens Altaria, est Rectoria Parochialis.

Ecclesia S. Bartholomęi Apostoli, in *Villa* eiusdem Nominis, vnico cum Altari, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Bidizzolarum* sub Nomine S. Sthephani, cum septem Altaribus, est Archipræbenda Parochialis cum Coadiutore in animarum regimine, cui obediunt.

Ecclesia vetusta S. Marię Pontis Nouarum, verus Titulus eiusdem Archiprębendæ.

Ecclesia Annunciationis B. V. Marię cum Cœnobio Fratrum Capucinorum in Villa Drugoli.

Ora-

Oratorium S. Archangeli Michaelis iuris Domus Aueroldæ in eadem Villa.

Oratorium Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ pro Disciplinis.

Oratorium Sancti Petri Apostoli in contrata Montis Rosij.

Oratorium SS. Viti, & Modesti.

Oratorium S. Thomæ Cantauriensis.

Oratorium S. Ambrosij.

Oratorium S. Rocchi in Colle.

Oratorium S. Nicolai in contrata Mosciagæ.

Oratorium S. Antonij de Padua de iure Domus de Astis.

ECclesia *Buarni* sub Assumptionis Deiparę Virginis dedicatione, habens septem Altaria, est Archipræbenda Parochialis, cum Coadiutore pro Cura animarum, cuius circuitus vallat.

Oratorium Beatę Virginis Mariæ de Roccha de iure Communitatis.

Oratorium S. Io: Baptistę pro Disciplinis.

Oratorium SS. Faustini, & Iouitæ.

Oratorium S. Laurentij in contrata Clebij.

Oratorium Sancti Alexandri, in Monte item Sancti Alexandri.

Oratorium SS. Sebastiani, & Rochi in loco Chollij.

Oratorium Sancti Benedicti Abbatis in contrata Pompignani.

Oratorium S. Rochi pro alijs Disciplinis.

ECclesia *Cacauerij* nomen habens S. Antonij Abbatis, & tria Altaria, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili.

ECclesia *Caluazesij* titulum Cathedræ Antiochenæ S. Petri Apostoli habens, & tria Altaria, est Rectoria Parochialis, cui subest.

Oratorium S. Vrsulæ pro Virginibus societatis eiusdem.

ECclesia *Carzagi* erecta sub nomine S. Laurentij, cum tribus Altaribus, est Parochialis Rectoria, intra cuius fines sunt:

Oratorium Sanctæ Mariæ in Bothonaco iuris Familiæ Aleniæ.

Oratorium Omnium Sanctorum in Arzaga de iure Familiæ Roueliæ.

Oratorium S. Antonij Abbatis.

ECclesia *Caruanni* gaudem titulo S. Iosephi, habens Altaria duo, est simplex Parochialis cum Parocho remouibili, cui etiam accedit.

Oratorium SS. Geruasij, & Prothasij.

ECclesia *Castrezoni* sub inuocatione, & titulo Sancti Martini, & tribus Altaribus, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Costæ* S. Bartholomei Apostoli cultum tenens, & duo Altaria habens, est simplex Parochialis, cum Parocho amouibili.

ECclesia *Fasani* sub Sanctorum Faustini, & Iouitę veneratione, quinque Altaria complectens, est Rectoria Parochialis.

Eccle-

ECclesia *Gardoni Benacensis* S. Nicolaum Episcopum celebrans, quinque Altaria habens, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *Gargnani* sub vocabulo S. Martini, continens Altaria quinque, est Parochialis Archipræbenda, cum Coadiutore in Cura animarum, quæ suis finibus constipat.

Ecclesia S. Francisci cum Monasterio Fratrum Conuentualium Ordinis eiusdem Sancti.

Ecclesiam S. Caroli cum Monasterio Fratrum Capucinorum.

Oratorium S. Mariæ ad Helisabet apud Villam de Boliaco.

Oratorium Decem mille Crucifixorũ in eadem Villa.

Oratorium S. Thomæ Apostoli.

Oratorium SS. Faustini, & Iouitæ.

Oratorium S. Mariæ Magdalenę cum sodalitio suffragij pro mortuis.

ECclesia *Hàni* sub Nomine S. Io: Baptistæ, tribus cum Altaribus, est Parochialis Rectoria habens sibi subditum.

Oratorium S. Mariæ in contrata de Rasegho.

ECclesia *Hæni*, quæ S. Zenonem Episcopum veneratur, habens tria Altaria, est Parochialis Rectoria, sub cuius finibus extat.

Oratorium S. Mariæ de Cruce, siue Tribulatione, de iure Familiæ Segalæ.

ECclesia *Idri* in honorem S. Archangelis Michaelis, qua-

tuor continens Altaria, Archipræbenda Parochialis est, sub qua existunt.

Ecclesia S. Marię de Plebe, quæ antiqua Parochialis erat.

Oratorium SS. Fabiani, & Sebastiani in loco Limprati cum Confratria.

Oratorium S. Rocchi in contrata Croni, cum alia Confratria.

ECclesia *Liani* sub protectione S. Petri, habens quinque Altaria, est Pręposiitura Parochialis cum Coadiutore ad Curam animarum: quę officiatur ad formam Ecclesiæ Collegiatæ cum distributionibus. In huius Parochiæ regione sunt.

Oratorium SS. Trinitatis in contrata Torbioli.

Oratorium Assensionis Domini Nostri in Volzano.

Oratorium B. V. Marię in loco Terminorum.

Oratorium aliud B. V. Mariæ in Vico Britij de iure Pręposituræ.

Oratorium S. Ioannis in Villa Gazanarum.

Oratorium S. Rocchi in Contrata Liani.

ECclesia *Limoni* sub nomine *S.* Abbatis Benedicti cum tribus Altaribus, est Rectoria Parochialis, ad cuius præsentationem habet ius Communitas eiusdem Terræ. Huic Parochiæ subsunt.

Oratorium Sancti Petri.

Oratorium S. Antonij Abbatis.

Oratorium Sancti Rocchi.

ECclesia *Matherni* sub patrocinio S. Andreæ Apostoli,

cum

cum sex Altaribus, (in qua quotidiè recitantur Horæ Canonicę cum distributionibus, iuxta formã Ecclesię Collegiatæ) est Archiprębenda Parochialis, habens in suo amplexu.

Ecclesiam, & Conuentum Fratrum Seruorum sub nomine S. Petri Martyris, modò auctoritate Apostolica deletum.

Oratorium S. Bartholomęi Apostoli, de Iure patronatus Archipresbyteri.

Oratorium Sancti Martini.

Oratorium Sancti Caroli.

ECclesia *Montis Materni*, quę SS. Faustinum, & Iouitam colit, vnico cum Altari, est simplex Parochialis, cum Parocho amouibili, in subsidium Archipresbyteralis Ecclesię.

ECclesia *Mocasinæ* sub S. Georgij Nomine, cum tribus Altaribus erecta, est Rectoria Parochialis de Iure patronatus Communitatis eiusdem.

ECclesia *Morgnagæ* habens S. Antonium in Tutelarem suum, & Altaria tria, est simplex Parochialis, cum Parocho remouibili.

ECclesia *Moscolinarum* B. V. Mariæ dicata, cum tribus Altaribus, est Rectoria Parochialis. Huius Parochię finibus insunt.

Oratorium B. V. Mariæ de Rasicha vocatum.

Oratorium item B. V. Marię in Villa Burachi.

Oratorium S. Io: Baptistæ in Villa Cambianici.

Oratorium S. Petri in Villa Morsoni.

Ora-

Oratorium S. Caroli in Villa Longauinę.

Oratorium S. Rocchi in Villa Monicæ.

Ecclesia SS. Quirici, & Iulithę cum Conuentu Fratrum Carmelitarum, nuper Apostolica auctoritate suppresso.

ECclesia *Musloni* sub cultu S. Mathei Apostoli, tria habens Altaria, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili, cui subiectum habetur.

Oratorium S. Gaudentij Episcopi Brixię.

ECclesia *Nauatij* sub patrocinio Beatę Virginis Marię ad Cœlos assumptæ, cum tribus Altaribus, Rectoria Parochialis est.

ECclesia *Preualæi* inferioris titulo Assumptionis gloriosę Virginis Marię decorata, quatuor habens Altaria, est Archipræbenda Parochialis, quę in suo districtu continet.

Oratorium S. Francisci in contrata Bernici.

ECclesia *Proualæi* superioris in S. Michaelis Archangeli honore, duobus cum Altaribus, Parochialis simplex est, habens Parochum amouibilem. Sub eius limitibus conueniunt.

Oratorium S. Laurentij in contrata Arueagi.

Oratorium Campestre B. V. Marię in Regione Cornellę.

ECclesia *Ruthinæ*, *&* *Morgniagæ* sub inuocatione Sancti Georgij erecta, tria continens Altaria, est Rectoria Parochialis.

ECclesia *SALODII* (Oppidum quidem egregium, & vniuersę Benacensis Riperiæ Brixianæ Caput) sub inuo-

Inuocatione, & Titulo Annunciationis Deiparæ Virginis Mariæ fundata, est Parochialis Archipræbenda, cum decem Altaribus, & aliquibus Coadiutoribus ad Parochialia exercenda. Et quamuis non gaudeat Priuilegio Ecclesiæ Collegiatæ, congruentibus tamen cum distributionibus, ad instar Collegiatę, Diuina in ea habentur Officia.

In huius Parochiæ ambitu venerantur.

Ecclesia S. Marię cum Monasterio Fratrum Carmelitarum.

Ecclesia S. Iustinę, cum Cœnobio Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ.

Ecclesia S. Bernardini, cum Monasterio Fratrum Minorum de Obseruantia.

Ecclesia S. Benedicti, cum Monasterio Monialium Ordinis S. Augustini sub Episcopo.

Ecclesia S. Ioannis, cum Monasterio Fratrum Capucinorum.

Oratorium Sancti Bernardini pro Confratribus Disciplinis.

Oratorium S. Ioannis Decollati pro Schola ad confortandum morte puniendos.

Oratorium S. Benedicti in Burgo, vbi Clerici Congregationis Somaschę Scholas habent.

Oratorium S. Marię Magdalenę pro Mulieribus Conuertitis.

Oratorium S. Marthę pro Citellarum refugio, & conseruatione.

Ora-

ECclesia *Pisauri* S. Michaeli Arcangelo commendata, est Rectoria Parochialis, habens Altaria duo.

ECclesia *Pesaziarum* titularis S. Apollonij Episcopi Brixię, quatuor cum Altaribus, est Rectoria Parochialis, habens sibi subditum.

Oratorium S. Io: Baptistę in contrata Monderij, & Oratorium Campestre S. Rocchi.

ECclesia *Plani* Beatę Dei Genitricis Marię dedicata patrocinio, est simplex Parochialis cum Parocho amouibili, in subsidium Archiprębendę Boueni.

Oratorium S. Vrsulę pro Virginibus eiusdem.

ECclesia *Sarezij* SS. Faustini, & Iouitę nomine illustrata, habens tria Altaria, Parochialis Rectoria est, sub qua etiam conueniunt.

Oratorium S. Marię ad Niues de Formica nuncupatū.

Oratorium S. Martini in Villa de Zanano.

Oratorium S. Nicolai Tolentini cum Confratria.

Oratorium S. Bernardini pro Disciplinis.

Oratorium Campestre SS. Tirsi, & Emiliani.

ECclesia *Thabernularum* sub nomine SS. Philippi, & Iacobi, cum tribus Altaribus, est simplex Parochialis, cum Parocho remouibili, quo in loco extat.

Oratorium sub vocabulo S. Philastri Episcopi Brixię.

ECclesia *Villa* sub inuocatione SS. Emiliani, & Tirsi cum tribus Altaribus, est Rectoria Parochialis cum Coadiutore, habens sub se.

Oratorium B.V.M. de S. Laurentio in Cōtrata Cogotij.

Oratorium S. Antonij Abbatis in eodem loco.

Ora-

Oratorium S. Archangeli Mich. in règione Cailinę.
Oratorium S. Rocchi apud Villam.

Ecclesię Vallis Sabbiæ.

Regio III.

ECclesia *Abioni*, in honorem B. V. M. quinq; cum Altaribus, est Archiprębenda Parochialis, habens Coadiutorem pro cura animarum, intra cuius terminos sunt.

Oratorium B V. M. in cōtrata de Boneuio.

Oratorium SS. Faustini, & Iouitę.

Oratorium S Rocchi. Oratorium S. Vigilij Episcopi.

ECclesia *Agnoseni* SS. Hyppolithi, & Cassiani, habens quinq; Altaria, est Rectoria Paroch. sub qua extant.

Oratorium B. V. Mariæ in Vico Trebio.

